Est. 3
nº 6
736
738

336/138

DE [illegible] DOCTISSIMIS AC
DILIGENTISSIMI LINGVAE
LATINAE PERSCRVTATO
RIS DE ARTE GRA
MMATICA OPVS
VTILISSI
MVM

Exemplū argenti purgati

.i18579218

Cat. 270

De la Libreria Comun de San
Fran.co de Sevilla

DIOMEDIS DOCTISSIMIS AC DILIGENTISSIMI LINGVAE LATINE PERSCRVTATORIS DE ARTE GRAMATICA OPVS VTILISSIMVM

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

r diomedes
r phocas de nomine et verbo.
r sergius sup donatum
r prisciani epitoma.
r donati editio 2a
r servius sup donatum

IN HOC VOLVMINE HAEC CONTINENTVR.

D I O M E D E S

De ſtructuris & differētia ſermonis;
De perfectis & imperfectis.
De origine:proprietate:formatione:& uária partium orationis poſitiõe.
De latinitate & eius partibus & diffinitionibus.
De uariis uocabulorum diffinitionibus.
De accentibus:Punctis:Colis:Commatibus:& Periodis:& eoꝝ diffinitionibus.
De differentiis quinqꝫ linguarum.
De uitiis & uirtutibus orationis.
De compoſitione & clauſula & pedibus ſecundum Rhetores:& earū partibus & diffinitionibus teſtimonio Tullii:Saluſtii:Bruti:Craſſii:& Hortēlii firmatis.
De ſchematibus & figuris.
De Tragœdia:comædia:Elegia:Satyra & earum origine loco & inuentoribus.
De poematum generibus & ſpeciebus:& uariis earū nominibus.
De poetica:Poeſi:& poemate.
De arte metrica.
De Metro:Rhythmo:& Verſu & eorum differentiis & diffinitionibus.
De omni genere Metrorum diffinitionibus differentiis & inuentoribus.

P H O C A S

De Nomine & Verbo
Epitoma Priſciani.

C A P E R

De latinitate.

A G R AE T I V S

De Orthographia:proprietate & differentia ſermonis.

D O N A T V S

De Barbariſmo & octo partibus orationis.

S E R V I V S E T S E R G I V S

In Donatum.

DIOMEDIS DOCTISSIMI AC DILIGENTISSIMI LINGVAE LATINAE PERSCRVTATORIS DE ARTE GRAMMATICA OPVS VTILISSIMVM.

DIOMEDES ATANASIO SALVTEM DICIT.

ARTEM MERAE LATINITATIS. Puræq̃ eloquentiæ magiſtram ſub incudem litterarum faciliter ꝑcudendo formatã hũanæ claritatis, hanc cũ cognouiſſem excellẽtẽ facũdiã tuam plurimi facere: deſiderio tuo libẽter indulgẽs ſummo ſtudio (quãtũ mediocris ad modũ ingenii mei qualitas capere patiebatur) trino digeſtam libello dilucide expeditam cenſui eẽ mittendã: quia ipſos aurium meatus audita ſcientia complere abſentia denegatum eſt. Sane neq̃ eẽt icognitũ: uitãda fuit nimiũ cõſtricta breuitas. Eſt.n. lucubrationis induſtria ſtudiiq̃ collatio tripartita: ut ſecũdũ trina ætatis gradatim legentium ſpatia lectio probabiliter ordinata crimen prolixitatis euadat: tediũq̃ demulceat: q̃ q̃dẽ i tribꝰ diuiſioibꝰ quãuis ꝑuula ſit: tñ i ſingulis ſuã cõtinet breuitatẽ. Quãobrẽ (ut mea fert opinio) ſpero tibi aliiſq̃ legẽtibꝰ magno uſui fore. Igit̃ totiꝰ opis prima pa uniuerſi ſermõis mẽbra cõtinet. Altera nõ ſolũ obſeruatiões: q̃ arti grãmaticæ accidere ſolẽt: ſed ẽt ſtructurã pedeſtris oronis uberrime pleneq̃ demõſtrat. Tertia pedũ qualitatẽ poematũ genera metrorũq̃ tractatꝰ pleniſſime docet. Supeſt ut ſingula recolẽdo memoriæ tenꝰ mãdẽt̃: ne fruſtra cũ tpe euaneſcat labor. Q̃d tãto maxie rudibꝰ p̃ſtar̃ cognoſcimꝰ q̃ ruſticitatis enormitate culti ſermõis ſauciãt imo deformãt examuſſim normatã oronis integritatẽ: politũq̃ eiꝰ lumẽ iſuſcãt ex arte ꝓlatũ: quãto ipi a pecudibꝰ differre uidẽtur.

ARtis grãmaticæ autores exordium ſcribendi uariũ diuerſumq̃ ſumpſerunt. Quidã enim ab ipſa arte cœperũt: alii ab elemẽtis uel litteris: multi a caſibꝰ: pleriq̃ a partibus orationis: nõnulli a uoce: pauci a nominũ declinatioẽ. Nos uero ab ipſa oratioẽ incipimꝰ. Hæc.n. ſecreta pectoris arguens ad linguã ſui gubernatricẽ migrat mobili quodã uocis articulatæ ſpũ rotũdoq̃ gubernaculi moderamine tẽperata & interiore uicino aere pectoris argutia uerberato palatoq̃ ſẽlim paulatimq̃ pulſato uelut internũtius ac ꝓditor hũanæ gẽtis ad indicia exprimẽdæ cogitationis per os ſermonẽq̃ rõnabiliter agitat̃. Hoc.n. ſuo magnoq̃ bñficio exp̃ſſa ratione ſermonis nos cæteris ſeparat ab animalibus: ſola homines natura fatet̃ atq̃ demonſtrat. Huic igitur demus totius opuſculi non immerito principatum: cuius talis habetur diffinitio. Oratio eſt ſtructura uerborum compoſito exitu ad clauſulam terminata. Quidã ſic eam diffiniunt: Oratio eſt compoſitio dictionum conſumans ſententiam, remq̃ perfectam ſignificans. Scaurus ſic: Oratio eſt ore miſſa & per dictiones ordinata pronuntiatio. Oratio autem uidetur dicta quaſi oris ratio: uel a græca origine: hoc eſt ſermocinari. Unde Homeri uerſꝰ: αϖὸ τοῦ αριζειυόυ μεγωωσ μύγεσιγ αωὸ Δ ρμὸσ δῦ Δα ωο ϖετρησ τω δαριζε μέμαι ατε ϖαρθεμοσ ϖαρθεμὸσ ηιθ ὸσε δαριζετὸμ αλληλοισι. Oratio eſt ſermo contextus ad clauſulam tendẽs. Clauſula eſt cõpoſitio uerborum plauſibilis ſtructuræ exitu terminata. Partes orationis ſunt octo: Nomen: Pronomen: Verbum: Participium: Aduerbium: Coniunctio: Præpoſitio: Interiectio. Scauro uidetur & appellatio. Ex his primæ quattuor declinabiles ſunt: ſequentes indeclinabiles: latini articulum: græci interiectionem non adnumerant. Genera nominum ſunt principalia tria. M.F.&.N. Maſ. eſt: cui numero ſingulari caſu nominatiuo ꝓnomen præponitur hic:

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

ut hic cato. Fœmininũ eſt cui numero ſingulari caſu nominatiuo pronomẽ præponitur
hæc: ut hæc iulia. Neutrum eſt: cui numero ſingu. nominatiuo caſu pronomen p̄ponitur
hoc: ut hoc templum. Ex his quartum genus cõe naſcitur quod fit duobus modis. Sunt.n.
cõia duum generum ex maſculino & fœminino: ut hic & hæc homo: hic & hæc ſacerdos.
Item trium generum ex maſculino & fœm. & neutro: ut hic & hæc & hoc fœlix. Eſt & qn-
tum genus qđ græce ἐπικοινὸν dicit̃: latine ꝓmiſcuũ uel ſub cõe uocãt: qđ aut ſpecie ma-
ſculini generis & declinatur & ſimul ſignificat etiã fœmininũ genus: ut hic paſer: aut decli-
natur ſpecie fœmininum generis ac etiã maſculinum genus ſignificat: & ſic ſub uno genere
utrũq; intelligitur ut hæc aquila. Numerus eſt incremẽtum q̃titatis ab uno ad plura proce-
dens. Nũeri ſunt duo ſingula. ut hic præceptor: plu. ut hi præceptores. Dualis.n. duntaxat
apud græcos ualet: apud nos excluditur de quo etiam mox referemus. Figura eſt diſcrimẽ
ſimpliciũ dictionum & compoſitarum. Figuræ nominibus accidunt duæ ſimplex & com-
poſita. Simplex: ut doctus: compoſita ut indoctus. Cõponũtur aũt nomina mõis quattuor:
ex duobꝰ integris ut ſuburbanus: ex duobꝰ corruptis: ut opifex & artifex: ex integro & cor-
rupto: ut ineptus ex corrupto & integro: ut armipotens: Cõponitur autem de pluribꝰ quæ
ω & ρ & σινθετα græci appellant: ut inexpugnabilis imꝑterritus inexplicabilis irremeabi-
lis. Caſus ſunt quidã gradus declinationis: dicti ꝙ per eos pleraq; nomina a prima ſui poſi-
tione inflexu uariẽtur & cadãt. Alii ſic: Caſus ſunt uariationes & cõpoſitiones in declinatiõe
nominis ꝑ immutationẽ nouiſſimæ ſyllabæ. Sunt numero quidem ſex: Ntũs: Gẽitiuꝰ: quẽ
quidã patriũ uocãt: Datiuus: Accuſatiuus: Vocatiuus: & Ablatiuus. Ratione tamen ſunt
quinq;: Nominatiuum.n. optime caſum eſſe noluerunt: quãdo quidem ſit poſitio nominis
uel rectus nominibus uel declinationibus regula: quem nominatiuum græci non πτῶσιν
ſed ὀρθὴν uel ευθειοσ uocãt καταχριστικωσ tamen ntũm caſum diximus. Ablatiuum græ-
ci nõ habent: hunc tamen Varro ſextum interdum latinum appellat: quia latinæ linguæ ꝓ-
prius eſt: cuius uis apud græcos per genitiuum explicat̃. Per os itaq; caſus obliquos nomẽ
ſic declinabit̃. Cato nomen appellatiuum generis maſculini nũeri ſingularis figuræ ſim-
plicis caſus nominatiui & uocatiui qđ declinabitur ſic. Hic cato huius catonis: huic ca-
toni: hũc catonem: o cato: ab hoc catone. N P. Hi catones horum catonum: his catonibꝰ:
hos catones: o catones: ab his catonibus. Iulia nomen appellatiuũ generis fœminini nũe-
ri ſingularis figuræ ſimplicis caſꝰ noiatiui & uocatiui: qđ decliabit̃ ſic. N.S. Hæc Iulia: hu-
ius iuliæ: huic iuliæ: hãc iuliã: o iulia: ab hac iulia. N.P. Hæ iuliæ: harum iuliarũ his iuliis:
has iulias: o iuliæ: ab his iuliis. Templum nomen appellatiuum generis neutri numeri
ſingularis figuræ ſimplicis caſus noiatiui accuſatiui & uocatiui: qđ declinabitur ſic. Hoc
templum: huius templi: huic templo: hoc templum: o templum ab hoc templo. N.P. hæc
tẽpla horũ tẽploꝝ: his templis: hæc templa: o templa: ab his templis. Sacerdos nomẽ ap-
pellatiuum cõmunis generis figuræ ſimplicis nũeri ſingularis caſus noiatiui & uocatiui: qđ
declinabit̃ ſic. Hic & hæc ſacerdos: huiꝰ & huius ſacerdotis: huic & huic ſacerdoti: hũc
& hanc ſacerdotem: o & o ſacerdos: ab hoc & ab hac ſacerdote. N.P. hi & hæ ſacerdotes:
horũ & harũ ſacerdotũ: his & his ſacerdotibus: hos & has ſacerdotes: o & o ſacerdotes: ab
his & ab his ſacerdotibus. Fœlix nomen appellatiuũ generis oĩs trium generum figuræ
ſimplicis numeri ſingularis caſus nominatiui & accuſatiui & uocatiui: quod declinabitur
ſic. Hic & hæc & hoc fœlix: huius & huius & huius fœlicis: huic & huic & huic fœlici:
hũc & hanc fœlicem & hoc fœlix: o & o & o fœlix: ab hoc & ab hac & ab hoc fœlice uel fœ-
lici. N.P. hi & hæ fœlices & hæc fœlicia: horũ & harũ & horũ fœlicium: his & his & his
fœlicibus: hos & has fœlices & hæc fœlicia: o & o fœlices & o fœlicia: ab his & ab his & ab
his fœlicibus. Omnia nomina latina nominatiuo caſu ſingula. litteris. xii. extremis ter-

minantur uocalibus quinq; ut. a. e. i. o. & u. ut ſiſenna: monile: ſinapi: cicero: cornu: & ſemi uocalib9 ſex. l. m. n. r. s. & x. ut conſul templum: pecten: cæſar: liui9: ſilex. Item muta una. t. ut caput. Sũt qui adũt. c. ut lac q̃d Varro artis grãmaticæ doctor exterminat. Genitiuus caſus ſing. aut totidem ſyllabis cõſtare debet: quot noiatiuus ei9 ut Virgilius uirgilii: Terentius terentii ob id gemiata i: aut una ſyllaba excedere: ut Hector hectoris & Neſtor. ris. Aliquãdo etiã duab9 ſyllabis accreſcit: ut ſuppellex ſuppellectilis: iter itineris: anceps ancipitis. præceps præcipitis. Formæ declinationũ nominũ: ut quibuſdã uidet: ſunt ſeptem. Prima eſt quæ genitiuũ ſingularem mittit in æ genere dũtaxat tã maſ. q̃ fœmi. ut Aeneas æneæ Latona latonæ: Secũda facit genitiuũ in i in omni genere: ut puer pueri: laur9 lauri: cælum cæli. Tertia ẽ: quæ in genitiuo i geminata genere tãtum maſ. & neutro terminatur. Maſ. ut Virgilius uirgilii: neutrum: ut ingeniũ ingenii. Quarta i omni genere in is: ut orator ris: oratio orationis: ſidus ſideris. Quinta in us. ut maſ. dũtaxat & fœmi. maſ. ut portus. fœmi. ut porticus. Sexta in ei ſimiliter dũtaxat generis maſ. & fœmi. ut dies diei: acies aciei. Septia in. u. genere tantũ netro: ut genu cornu. Et huiuſmodi nomina neutra numero ſing. monoptota tantũ ſunt. Græca quoq; nomina græcæ declinatiõis regulã ſeruant: & genitiui triphariæ ꝓferunt: quoꝝ nominatiui ſũt hi. ω. η. αη: ut καλυψω καλυψους: calypſo calypſus μανθω μανθους mãtho manthus: & τισβη τισβης thiſbe thiſbes: ευτερπη ευτερπεως euterpe euterpes: παν πανος: pan panos. Accuſatiuus uero plerũq; in nominatiuis addit. Vocatiu9 eſt ſimilis nominatiuo: ablatiuo caſu ſingu. nũeri obſeruata nouiſſima ſyllaba lr̃a ue facile demõſtrabit quomodo pluralẽ nũeꝝ declinare debeamus. Omnia noia abltõ caſu ſing. qnq; litteris uocalib9 terminãt. a. e. i. o. & u. exceptis ꝓnominib9 q̃buſdã: ut ab eodẽ quodã ab hoc. Item his quæ ſũt aptota in his. n. regula nõ tenet. Quæcũq; igitur nomina genere maſ. & fœmi. ablatiuo caſu ſin. a littera fuerint terminata addita. e. littera faciunt ntũm & utũm plu. maſ. ut ab hoc ænea ab hoc poeta ab hoc ãchiſa hi æneæ hi poetæ hi ãchiſæ &. o. æneæ. o. poetæ. o. ãchiſæ. Sed hui9 nominis ablatiuus duplex eſt dicimus. n. ab hoc ãchiſa & ab hoc ãchiſæ: & ſi quidẽ erit nominatiu9 hic anchiſa: ut hic poeta. Si uero hic anſes ntũm habet: aliter declinatur q̃ duo nomina ſupraſcripta. Illa. n. aut in as uel in a efferuntur uelut hic æneas: hic poeta. Hoc aũt in es ntõ caſu aliter declinatur q̃ duo ſupraſcripta: ut hic ãchiſes: hoc ſi ſic declinatur immutat quattuor caſus ſingu. datiuũ accu. uo. & abla. uelut huic anchiſæ: hũc ãchiſen: o. ãchiſe: ab hoc ãchiſe: cũ ntõ æneas & poeta ſic declinabitur: uelut huic æneæ: huic poetæ: hunc æneã: hũc poetam. o. ænea. o. poeta: ab hoc ænea ab hoc poeta: ut uideant hæc nomina ſyllabas depoſitas habere in datiuo quidẽ æ: in accuſati. am in uocatiuo a. ablatiuo ſimiliter. a. Illud autẽ in datiuo æ. in actõ en. in utõ e: in ablatiuo ſimiliter e: ut tãtũmodo genitiuũ ſin. ſupradictis nominib9 ſimilẽ hẽant. Itẽ ut fœminina ab hac muſa: hæ muſæ: & o muſæ: remota aũt e littera & polita s littera faciunt in utroq; genere accuſa. plu. ut ab hoc ænea: hos æneas. Similiter ab hac muſa: has muſas: Item ſi remoueas. s. litterã & adieceris. ꝝ. ſyllabam fiet genitiuus plu. ut ab hoc ænea: horum æneaꝝ ab hac muſa: harum muſarum. Sublata aũt de abltõ ſin. a nouiſſima & appoſita is ſyllaba fit datiuus & abla. plu. ut ab hoc ænea his & ab his æneis. Nam de ab9 filiabus: libertabus: mulabus: & q̃cq̃d huiuſmõi eſt diſcernẽdi ſex9 gratia cõtra rõnẽ & ꝓceptũ ẽ idẽtidẽ ad hac amphora: haꝝ amphoraꝝ. Quæcũq; nomina abltõ caſu ſin. nũero maſ. fœ. dũtaxat genere e littera ꝓducta finiuntur addita. s ſimiliter faciunt producta nouiſſima ſyllaba ntũm accuſa. & uocatiuũ plu. ut ab hoc & ab hac die: hi dies: hos dies: o dies. Remota aũt. s. littera adiectaq;. ꝝ. ſyllaba fiet genitiu9 plu. ut ab hoc & ab hac die: horum dierum. Si remoueas. ꝝ. & apponas bus ſyllabam facies datiuum & abla. plu. ut ab hoc & ab hac die: his & ab his dieb9. Dũ tamẽ ſciam9 fœm. genere plu. ntũm nõ debere dici. i. hæ dies; licet fœ. genere

ſingulariter dicāmꝰ. Cætera hoꝝ ſimilia noia fœ. ꝓferūť tātū: ut ſpēs materies luxuries qꝝ
plu. gtūm nō ſimiliter adſeruabis ſicut ĩ die & meridie ꝑ. ꝝ. ſed ꝑ um ſyllabā: ut ſpērū mate-
rieꝝ luxurierū: ſed cōſuetudo. rū. effert: ut ſpēꝝ. Sed ueteres in hac ſpē declinationis gtūm
ſin. ſimilē ntō dicebāt uñ inuenimꝰ in qbuſdā hæc ꝓuincies: huiꝰ ꝓuincies: nō huiꝰ ꝓuin-
ciei. Noia ꝗ abla. caſu nu. ſin. e. littera correpta fuerint termiata ea ĩ genere maſ. & ĩ fœ. adie-
cta. s. littera ntūm & accu. & uoc. plu. faciūt ꝓducta ultima ſyllaba: ut ab hoc & ab hac di
uite: hi & hæ diuites: hos & has diuites: o & o diuites. Interdū correpta ultima ntūm plu. fa
ciūt: ut ab hac daphnide: & ab hac bachide: hæ daphnides: & hæ bachides: o daphnides:
& o bacchides. Nā accu. has daphnidas: has bacchidas facit. Neutrali uero generꝫ abla. ſin.
ultimā litterā. e. in. a. uerte & fiet ntūs. accu. & uoca. plu. ut ab hoc ore. hæc ora & hæc ora:
o ora. G. plu. in omni genere abla. correpta e littera finitꝰ pari mō facit: ſi aut remota. e. aut
in ĩ cōuerſa adieceris. um. ſyllabā: ut ab hoc & ab hac paupe: hoꝝ & harū paupeꝝ: ab hoc
& ab hac diuite: horū & haꝝ diuitū. Datiuū uero & ablati. plu. mittēt in bus ut his & ab his
paupibꝰ his & ab his diuitibꝰ. Cōtra hāc regulam inuenimꝰ ab hoc uaſe hoꝝ uaſorum: his
uaſis. Nomina ꝗ abltō caſu nu. ſin. i. littera finiunť genere maſ. & fœ. ſublata. i. ultima & ad
iecta. es. ſyllaba ꝓducta faciunt nominatiuum & uo. plu. ut ab hoc & ab hac agili; hi & hæ
agiles: & o agiles. Nā actūs iuxta regulā manēte, i. littera debet ꝓnunciari: ut hos & has agi
lis; ut eſt omnis homines. Sed uſus eum ad nominatiui & uoca. formā traduxit. In neutrali
autem genere ad ſin. abla. adiecta a littera fiet nominatiuus ac. & uoca. plu. ut ab hoc agili:
hæc agilia; & o agilia. G. uero plu. in omni genere pari modo facies ſi adiicies. um. ſyllabam
abla. ſin. ut ab hoc & ab hac & ab hoc agili: hoꝝ & harum & horum agilium. Item in omni
genere. d. & ab. plu. facies ſi ſin. abla. adiicies. bus ut ab hoc & ab hac & ab hoc agili: his &
ab his agilibus. Horum autem ntūm quæ genitiuo caſu plu. in ium ſyllabam exire poſſunt
declinatio multiplex nullo catholico continetur; quia per multa nomina & uarias litteras ex
currit; ideo quæſtio dirigitur. V trum hæc inferam quæ has uidentur formas retinere. V na
eoꝝ quæ nominatiuū ſin. in omni genere & cōi ſiue monoſyllaba ſiue poliſyllaba ſint in. N.
S. litteris terminātur qualibet ꝑcedēte uocali tāꝗ prudēs prudentiū demens clæmens amēs
nocēs. Ex hac itē regula ē parēs parētiū mens frōs. Altera eoꝝ quæ fœminina & diſſyllaba
ſunt & intra modum poſitionis continentur duntaxat numero ſingulari: tam nominatiuo
es producta. i. exeunt præcedente alia conſonante quā ablatiuo; e correpta finiuntur: ut eſt
hæc nubes: ab hac nube: hæc clades: hæc ſedes: horumq; genitiuus pluralis accreſcen-
te una ſyllaba emittitur & per ium. exit ut nubium. Tertia idemtidem eorum quæ diſſylla-
ba ſunt nominatiuo caſu ſin. is terminantur ſiue maſculi. & fœ. ſiue communia ſint & ſimi-
lem nominatiuo ganitiuum habent pari modo genitiui plu. per iū. exeūt. Maſculi. ut orbis:
ignis Ab hoc catholico recedit panis: Fœmi. ut turris puppis: nauis: peluis. Sed hæc ablati.
duplicem interdum habent & per. i. & per. e. litteram correptam proferuntur. Et hæc regu
la accuſatiuum ſin. in fœmi. genere duntaxat ſimpliciter per i litteram interdum profert: ut
puppim: turrim: Plu. uero melius in is; ut has puppis turris: horū multa cernimus conſue
tudine commota quæ a ſuperioribus diſcrepant. Item communia; ut ciuis Contra hanc re-
gulam inuenitur canis. Q uarta quoq; eotum ſpecies eſt quæ ablati. per i litteram habent
& ſunt trium generum: & genitiuū plu. ſine dubio per iū. termināt: ut hic & hæc agilis &
hoc agile. Item facilis ab hoc & ab hac & ab hoc facili: horum & harum & horū faciliū. Si
militer ex hac regula ē ſalutaris & fœlix: faciūt enim ab hoc ſalutari; hoꝝ ſalutariū: ab hoc
fœlici: horum fœlicium. Sed in his tantum nominibus obſeruabimꝰ hæc quæ duntaxat fue
rint appellatiua: tūc ablatiuo i littera termināť. Nam ſi ꝓpria fuerint nomina tūc abtō e lit-
terā oportet habere: ut ab boc fœlice; ab hoc ſalutare, Nihilominus tñ plu. genitiuum eū

dē ſeruant tantū abla.ſin.uariāt in differētiā ꝓprii nois & appellatiui. Itē neutra q̃ abl.ſin.i. littera terminant̃ gtō plu.per iū.exire debent ut eſt ab hoc monili:hoꝝ moniliū:ab hoc cubili:hoꝝ cubiliū. Itē noia quæ abla.ſin.o.littera finiunt̃ appoſita.ꝝ.ſyllaba gtūm plu.faciunt ut ab hoc puero:hoꝝ pueroꝝ:& remota o littera & appoſita i faciūt ntūm & uo.plu.ut ab hoc puero hi pueri.o pueri. Itē adiecta s littera faciūt da.& ab.plu.ut hi pueri his pueris ab his pueris. Abltō uero caſu ſin.adiecta s littera facit accu.plu.ut ab hoc puero:hos pueros. Neutrali uero genere ſi abl.ſin.ſublata o lr̃a nouiſſima a lr̃am i ponēs fiet ntūs acc.uo. plu.ut ab hoc tēplo.hæc tēpla:& hæc tēpla:o tēpla. Pari aūt mō & neutrali genere fiet ge. plu.ſi abla.ſin.adiicies.ꝝ.ſyllabā:ut ab hoc tēplo hoꝝ tēploꝝ. Pauca admodū normæ diſſentiūt. Inuenimus.n.ab hoc modio:hoꝝ modiū. Itē ab hoc nūmo:hoꝝ nūmū ab hac domo:haꝝ domuū:domibꝰ:ab hoc iugero:iugeꝝ iugeribꝰ:ab hoc uaſe:hoꝝ uaſoꝝ:his uaſis:ab hoc ſchemate:hoꝝ ſchematū:his & ab his ſchematibus. Verū euphonia in dictionibus plus interdū ualet:q̃ analogia uel regula p̄ceptoꝝ. Noia q̃ abla.caſu numero ſin.u.littera finiunt̃ maſculinū & fœmininū genere adiecta s littera faciūt ntūm accuſa.& uoca.plu. ut ab hoc uerſu:& ab hac manu:hi uerſus:hos uerſus:& o uerſus:hæ manꝰ:has manꝰ & o manꝰ. Gtō uero plu.ex alio ſcribendum eſt. Neutrali aūt genere adiecta a littera faciūt nominatiuum accu.& uoca.plu.ut ab hoc cornu:hæc & hæc cornua o cornua. Ge.uero plu. pari mō in omni genere facies ſi adiicies abla.ſin.um ſyllabā:ut ab hoc uerſu:hoꝝ uerſuū:ab hac manu:harū manuū:ab hoc cornu:horū cornnū. Dtūs quoqꝫ & abla.plu.in omni genere pari modo fiet:ſi ablatiuus ſingularis u litteram in i conuertas & adiicias bus ſyllabā:ut ab hoc uerſu:his uerſibus:ab his uerſibus:ab hac manu his manibus ab his manibꝰ ab hoc cornu:his cornibus ab his cornibus. Sed in quibuſdam neceſſe eſt u litterā retinere euitandæ ambiguitatis gratia:ut ꝑtubus:artubus:arcubus:tribubus. Meminerimus autē q̃dā noia uel autoritate ueterū uel euphonia mō ſecūdo mō quarto ordine declinari:ut domus:ficus:laurus:quercus & cum plura arboꝝ noia. In plu.nu.noium formæ caſuales ſūt ſex Senaria quinaria:quaternaria:Ternaria Bipartita:Simplex uel unica:quæ ſic ordināt̃: Senaria eſt cum per ſex caſus numero ſin.nomen in declinatiōe uariatur uelutiunus ſolus: Quinaria eſt quæ per quinqꝫ caſus obliquos declinatur:ut pater mater:Quaternaria eſt q̃ per quattuor caſus declinat̃ ut puer aper. Ternaria ē quæ tribus caſibus obliq̃s declinatur ut fabula. Bipartita eſt quæ alterna caſuū ꝓductione correptioneqꝫ uariatur:ut genu:cornu gelu:Hæc enim duobus modis tantū in declinatione uariantur qđ quidē productione & correptione diſtinguimus. Nā in ntō actō & utō correpta u proferuntur in gtō dtō & ablatiuo ꝓducta. Simplex uel unica ē quæ ꝑ oēs caſus uniformiter currit:nec uſq̃ in declinatione uariat̃.ut frugi:neq̃:nihil:Hæc etiā a græcis aptota dicūtur quæ a pria ſui poſitione nō cadunt. Haꝝ ſenaria modū unū hēt & eſt uniformis. Quinaria modos duos admittit. Primū dum in declinatione caſus ntūs & uo.ſociantur:ut pr̃ mater. Secūdus cū dtō ablūs ſimilis ē:ut docto. Quaternaria fit mōis ſex. Primus cū in uno noīe gtūs & dtūs ſimiles ſūt:& uoca.& abla.ut æneas. Secūdus modus cum nominatiuus & uocatiuus & datiuus & ablatiuus:ut aper caper. Tertius modus cum genitiuus & uocatiuus.ſimiles ſunt & datiuus ablatiuus.ut Virgili. Quartus modus cum nominatiuus & uocatiuus ſunt ſimiles & gtūs cum datiuo:ut dies res ſpēs. Quintus cū ntūs & gtūs et uo.ſibi ſimiles ſunt cæteris diſtantibus:ut panis:caulis. Sextus cum omnia neutra genitiuum in s litteram mittunt:ut ſidus. Ternaria itē fit modis ſex. Primꝰ quotiēs ntūs et ge.et uo.in is exeūt:et da.et abla.in i ut agilis facilis. Secundus quotiens nominatiuus et genitiuus et uoca.in us.dati.et ablatiuus in u ut portus. Tertius cum ntūs ſin.in a exit ut poeta. Quartus quotiēs ntūs da.uoca.et abla. ſibi congruunt:ut thyſbe. Quintus quotiēs in o exeūt fœminina q̃ ſunt græca:ut Sappho.

Sextꝰ in oibꝰ neutris q̄ in i litterā terminăt gtūm: ut ſcānū: Biptita cū ntūs accu. & uo. ſimi
les inueniunt̄. Itē gtūs dtūs & abla. ut genu: ueru. Hæc. n. duobꝰ tātū mōis ideclinatiōe ua
riantur qđ qdē ꝓductiōe & correptiōe diſtinguimꝰ. Simplex uel unita cū p oēs caſus no/
mē uniformiter currit & nuſq̄ in declinatiōe uariat̄: & fit in iis. q̄ ēt a græcis aptota dicunt̄:
& a pria ſui poſitione nō cadūt: ut frugi neq̄ nihil. De q̄ forma ſunt ēt noia nūeroꝝ indecli/
nabilia a quatuor uſq; ad cētū. Nā ab uno uſq; ad tres p oēs caſus numeri declinātur: & itē a
ducētis & deinceps p̄ter mille. Sūt quoq; alio genere monoptota: q̄ p ablatiuū tātū mō enū
ciātur: & ob id monoptota dicūtur: ut ſpōte. Itē diptota intelligūtur ea q̄ ſingulari numero
caſu tantūmō uocatiuo. ſimiliter efferūtur cæteris differētibꝰ: ut Iuppiter. Triptota ſunt q̄
identidē trina rōne tenentur. Pria eſt q̄ nūero ſin. p oēs caſus noia declinātur in plu. tamen
tribus caſibꝰ tātū efferūtur: ut maria rura: Tetraptota uero intelligūtur quæ ntō & uoca.
caſu deficiente p cæteros enunciātur ut Iouis. Declinatio cōpoſitoꝝ noium tribus for/
mis ordinat̄. Prima eſt: quotiēs aiaduertimus ea q̄ ex duobꝰ noibꝰ compoſita erūt ex utraq;
parte declinari. i. cū ambo noia declināt̄ ut populus ro. eques romanus: p̄tor urbanus: liber
pr̄: longa alba. Secūda ē cū ea quæ ex ntō caſu ſin. & gtō. caſu ſin. & gtō tā ſin. q̄ plu. com/
poſita fuerint ea pte declinari tātū q̄ fuerit ntūs. i. cū prius mouetur & poſterius non decli/
natur ut tribunꝰ plæbis: p̄fectus eqtū: tribunus militum: pr̄ & mr̄ familias. Tertia cum ex
obliquo & ntō obliquū indeclinabile hēbit. i. cū prius uerſa uice non mouetur & poſterius
declinatur. ut ſenatuſconſultū: plæbiſcitū. Prouidēdū eſt: ut ne ea noia componamus quæ
aut compoſita ſunt: aut componi non poſſunt. Chriaꝝ exercitatio in caſus ſic uariatur.
Ntō caſu numeri ſin. Marcus portius Cato dixit litteraꝝ radices amaras eē fructus iucūdio
res. Gtō caſu. M. portii Catonis dictū fertur litteraꝝ radices amaras eſſe fructus iucundio/
res. Dtō caſu Marco Portio Catoni placuit dicere litteraꝝ radices amaras eē fructꝰ iucūdio
res. Actō Marcū portiū Catonē dixiſſe ferūt litteraꝝ radices amaras eſſe fructus iucundio/
res. Vtō o Marco portii Catone tu egregie dixiſti litteraꝝ radices amaras eē fructus iucun/
diores. Abltō a. M. Portio Catone dictū accepimus litteraꝝ radices amaras eſſe fructus iu/
cundiores. Numeri plu. Hi. M. Portii Catones dixerūt litteraꝝ radices amaras eſſe fru/
ctus iucundiores. Hoꝝ Marcoꝝ portioꝝ Catonū dictū putāt litteraꝝ radices amaras eſſe
fructus iucundiores. His. M. Portiis Catonibus placuit dicere litteraꝝ radices amaras eſſe
fructꝰ iucūdiores. O Marci Portii Catones quā pulcherrime dixiſtis litteraꝝ radices ama
ras eſſe fructus iucūdiores. A Marcis Portiis Catonibus dictū non ignoratur litteraꝝ radi/
ces amaras eſſe fructus iucūdiores. Hoc quoq; exemplo cæteræ quoq; chriaꝝ declinationes
ſubiicientur. N. P. Virg. Maro dixit. Auri ſacra fames: Similiter. P. Virg. Maro dixit: De/
generes animos timor arguit. Itē. M. Portius Cato dixit leges neruos eſſe ciuitatū. Itē De/
moſthenes orator athenien. interrogatus qūo orator factus ſit reſpondit: plus uino impen/
dens oleū. Similiter ntō Diogenes cynicus ph̄us in die accenſa lucerna quærebat hominē.
Gtō Diogenis cynici ph̄i meridie fert̄. Id quoq;. Vocatiuo o Diogenes cynice philoſophe
dixiſti. Id quoq;. Ablatiuo a Diogene cynico philoſopho meridie traditū eſt in die accēſa lu
cerna queſitū hominē eſſe. Caſus ntūs trahit uerbum tertiæ pſonæ: ut dicit: fertur: nomina
tur. Loqmur. n. ſic: Cato ſe uticæ occidiſſe fertur. Pompeius in littore ægypti occidiſſe fer/
tur: nominatur inter autores Cælius. Itē Virg. æneida fecit. Caſus uctūs ſcđam perſonā ac
cipit tanq̄ Virgilii ſcribe Cicero reſponde. Prima pſona non eget caſu: ſed mittit nominati/
uum: ut ſeruio ingenuis. Verba diuerſis caſibus apud romanos hoc modo iungūtur: nam
cū ab omni ſermone græco loquela latina pendere uideatur quædā inueniuntur uel licentia
ab antiqs uel ꝓprietate latinæ linguæ dicta præter conſuetudinē græcoꝝ: q̄ idiomata appel
lātur. Nā inuenimus quæ græci p dtūm dicūt. Hæc a romanis per genitiuū elata: ut pudet

me amoris. Quæ græci per gtūm dicunt: hæc per datiuū uſurpata: ut parco tibi. Cæteros itē alios caſus ꝓ aliis dictos: quos cū exemplis in ſuo quoqꝫ loco ponem⁹. Sūt. xix. ꝑterea figuræ q̄ cōſuetudine qdē ꝑ alium caſum dnr: ab antiqs aūt ꝑ diuerſum. Vtor hac re nos dicimus. Ab antiqs utor hāc rē dictū ē. Quæ & ipſa in ſequētibus exponem⁹. Hæc igit̄ idiomata multifarie efferunt̄: ꝑ uerba: ꝑ pticipia: ꝑ appellatiōes: ꝑ aduerbia. Per uerba qdē ſic. Verba genitiuis caſibus ſic iunguntur. Memor ſum bonoꝝ. Obliuiſcor iniuriæ. Miſereor pueroꝝ. Reminiſcor doloris. Diſcrutior animi & animo dicimus. Miſeret me tui. Piget me facti. Pudet me gratiæ. Penitet me laboris. Tedet me operis. Venit mihi in mentem huius rei. Doleo uicē tui meā & tuā. Perteſum eſt iniuriæ. Egeo uictus & uictu dicimus. Accuſo te huius rei. Perteſum eſt me tui. Vnde Virg. Si nō perteſum thalami. Sed & datiuo dixerunt: ut Gracchus in Lucium Metellum: Vſqꝫ adeo perteſum mihi eſſe.

Item quædam nomina forma participioꝝ poſita genitiuo caſu iunguntur: ut
Patiens laboris.
Negligens amicorum.
Appetens pecuniæ.
Fugitans litium: ut Terentius. Cupientiſſimus legis: ut Saluſtius ſuperlatiuo facto ab eo quod eſt cupiens: quoniam participia & accuſatiuo copulantur: ut
Appetens pecuniam.
Fugitans litem.
Cupiens legē. Et cætera huiuſmōi figuras ſuoꝝ uerboꝝ ſectant̄. Quæ autē pro appellationibus ſumunt̄: hæc genitiuū admittunt: ueluti.
Amans filii.
Egens pecuniarum.
Item omnes appellationes quæ in tor terminantur deriuatæ a uerbis eundem genitiuum caſū admittūt: ueluti.
Cupitor ſum huius rei.
Certus ſum huius rei & incertus.
Inſcius ſum doloris.
Dubius itineris.
Cupidus honoris.
Ignarus belli.
Securus amoris.
Studioſus picturæ.
Conſcius facti.
Plenus bonorum.
Compos uoti. Et ſi quod aliud inuenitur ita figuratur.
Pauca ſūt quæ caſum nō reqrūt: ut oriēs: & alia ut ſnīa poſcit caſum recipiūt: ut negligēs ſū i hac re & ex præterito: itē pticipioꝝ noīa ſicut appellatiua aut ſecundæ nominū declinatiōis aut q̄rtæ. Secundæ: ut perfectus: execratus: apertus. Quartæ: ut riſus. Sed hæc nomina q̄ ex præterito tēpore participiorum fiunt: non habent caſuſ ſecūdæ declinationis: ex quibus genitiuum q̄dā recipiūt
Victus animi.
Expertus belli.
Expertus autem bellum per accuſatiuū fit participium. Verbum enim huius participii id eſt experior: accuſatiuum recipit caſum: ut
Experior diſcipulos.
Similis ſum tui moribus.
Intereſt illius tertiæ perſonæ ſic effertur: nam prima intereſt mea: ſecūda intereſt tua. Similiter refert mea: refert tua: refert illius.
Per ablatiuum autem ſic: ut Dignus hac re: & ſi quid tale aliquid inueniatur ꝑ utroſqꝫ caſus id affiguratur: ut dignus ſum hui⁹ rei & hac re. Sed prius græca figura profertur. Apud illos enim genitiuo caſu iungitur: ut
αξιοσ ειμι τουτοῦ τοῦ ωραγματοσ.
Amans mei.
Plenus huius rei & hac re dicimus.
Ablatiuo uerſus ille teſtatur Virg. Crura thymo plenæ. Idem plenamqꝫ ſagittis threiciis pharetram. Ait autem Teren. Plenus rimarum ſum.
Verba q̄bus hæc cōueniūt:
Suadeo tibi.
Cedo potenti.
Miniſtro parenti.
Dono propinquo.
Subſcribo epiſtolis.
Pareo legibus
Reſideo prouinciæ.
Adimo & aufero & demo & ſubduco tibi uitium.
Dico & obiicio tibi.
Excidit mihi ſcalprum.
Succurrit mihi hæc res.
Subeo oneri.
Impropero tibi.
Præpono re illi.
Antepono diuitiis amicum.
Præfero antefero nummis amicitiam.
Corripio arripio rapio tibi

Parco peccanti.
Noceo tibi.
Euello eruo illis oculos
Frãgo miuo rũpo illi caput
Præcipio tibi.
Abduco tibi.
Rependo tibi.
Conſulo prouideo proſpi-
cio tibi.
Auello amico.
Similis ſum tibi figura
Subtraho amico.
Obſtrepo illi.
Obripio iudici.
Extorqueo uolenti.
Vacat liquet mihi.
Derogo tibi.
Supplico tibi.
Studeo litteris.
Creſcit illi.
Adſum clienti.
Proſum omnibus.
Obſum inimicis.
Præſum prouiciæ.
Alienus ſum tibi.
Anteſto & præſto tibi & an
teeo datiuo dicimus: ut Ci.
Oibꝰ intelligẽtia ãteibat. Itẽ
de deorum natura libro. iii.
Hoies omnibus beſtiis ante
cedũt & Salu. Præſtare cæ-
teris aialibus. Sed & accuſa-
tiuo ut Virg. Vel magnum
præſtet achillem:
Anteeo quoq̧ illum accuſati
uo caſu: ut Teren. Hoꝝ ãte
eo ſapientiã. Plautus: Mul-
tos uirorum anteit ſapientia
Largior amico.
Inſidior hoſtibus.
Medeor ægroto. hoc autem
perfecta ſpecie caret.
Anteferor omnibus.
Præferor uobis.
Conuicior debitori.
Geniculor uictori.

Præuaricor obnoxio.
Patrocinor patriæ.
Ancillor Amicor Blandior
magiſtro.
Impræcor malis.
Moderor Miſereor tibi
Furor tibi.
Sunt etiã plurima idiomata
q̃ ex nominibꝰ omniũ decli-
nationũ ordinant: & per da
tiuum coniuncto alio uerbo
efferunt: non tamẽ omnibꝰ
generibus ueluti primæ con
iugationis. fœminino gene-
re: ut.
Curæ mihi eſt doctor.
Miſeriæ mihi eſt labor.
Infamiæ mihi eſt amor.
Moræ illi ſum.
Gloriæ mihi eſt patria: & ſi-
milia.
Sedæ genere neutro: ut
Vicio do hanc rem.
Teſtimonio tibi ſum.
Auxilio tibi ſum.
Præſidio cõſilio ꝯmodo gau
dio mihi eſt aduerſarius.
Bono mihi eſt ueritas.
Argumento mihi ẽ ꝓbitas
Muneri tibi do librum:
Pignori do ueſtem.
Oneri eſt mihi hæc res.
Cordi mihi eſt amicitia:
Item maſculi generis.
Dolori & terrori mihi eſt iu
dicium.
Honori ducitur apud nos
hæc res.
Vſui tibi ſum.
Riſui mihi eſt hoc.
Riſui hominem habeo.
Deſpectui te habeo.
Quæſtui mihi eſt hæc res.
Sunt nomina quæ datium
caſum trahunt.
Intentus ſtudiis.

Inimicus malis.
Audiens dicto.
Inuidus pari.
Maliuolus bono.
Proximus ſtudenti.
Habitabilis uiæ.
Vtilis uirtuti.
Aptus ſcænæ.
Grauis patribus.
Sunt alia quæ accuſatiuum
caſum trahunt: ſed figuratæ
Exoſus bella.
Alia ablatiuum: ut
Secundus ab Hercule.
Quartus a Perſeo.
Alia ſeptimum: ut
Mactus uirtute.
Inſignis fama.
Vehemens facundia.
Infirmus ætate.
Glorioſus eloquentia:
Inculatiui idiomata: quæ ex
uerbis naſcuntur: & in accu
ſatiuum efferuntur.
Accuſo adulterum.
Inſimulo illum.
Interrogo & poſtulo te.
Excuſo innocentem.
Adiuuo timidum.
Interpello conſularem.
Aequo magiſtrum.
Aequipero patrem.
Vſurpo antiquitatem.
Increpo ſeditioſum.
Impetro honorem.
Incoho opus.
Derideo imperitum.
Iubeo famulum.
Mereo ſubſcriptionem ſti-
pendium & coronam.
Moneo puerum.
Inuideo illi pulchritudinem
Admoneo illum hanc rem.
Refero ad patrem.
Decet me dignitas.
Aſſideat te & tibi honor:

Attendo te oculis.
Attendo tibi mente.
Manet te. Virgi. Te quoq; magna manēt nr̄is penetralia regnis. Itē. Qui te cunq; manēt iſto certamine caſus.
Et me turne manēt: Et te turne nefas te triſte mãebit ſupplíciū. Idē: Tn̄ hæc eadē m̄a triq; tuæ generiq; manebūt.
Et tibi poena manet.
Corripio tardum.
Incipio hiſtoriam.
Irruo in hoſtem.
Impetum in te facio.
Irrumpo in beſtiam.
Tango genua.
Cupio magiſtratum.
Repræhendo rectorem.
Appeto amicitiam.
Conſulo rectorem.
Arguo hominem.
Acceſo eū & aiaduerto eū.
Negligo mandatum.
Contemno legem.
Deſpicio prætextam.
Sperno militem.
Accedo tibi & ad te.
Eadem tibi ſentio.
Peto domum.
Offendo iudicem.
Concedo tibi munus.
Labefacio hominem.
Concupiſco domum.
Corrigo peccantem.
Non amplius unam noctē ſentio honorem.
Conuenio medicum.
Impedio lectorem.
Audio oratorem.
Commuto culcitram.
Adeo præſidem.
Memini hanc rem & huius rei. Et ipſonalia. Iuuat me.
Decet uirginem; ſic poenitet & piget.

Comitor amicum.
Comitor amico per ablt̄um paſſiua ſignificatione fit.
Calumnior uiduam.
Conor magnam rem.
Execreor meretricem.
Criminor ſacrilegum.
Aſpernor pauperem.
Deſpicor uicinam.
Periclitor hoſpitem.
Recordor ſpeciem.
Reminiſcor factum & factum & facto.
Ingredior forum.
Aggredior pactionem.
Obliuiſcor hāc rē & huiꝰ rei
Mereor laudem.
Intuor imaginē: & ītuitꝰ lū.
Sequor herum.
Conſequor dignitatem.
Adipiſcor præmium.
Alloquor commilitones.
Nanciſcor occaſionem.
Partior fortunam.
Adorior hominem.
Inueor in hominē æmulum & inuectus ſum.
Ordior hanc rem.
Experior notarium.
Ablatiui idiomata quæ ex uerbis naſcuntur.
Libero puerperam dolore.
Onero aſinum ſalibus.
Satio ſeruos pane.
Saturo te pulmento.
Abdico filium domo.
Priuo malum dignitate.
Milito ſub illo.
Suſtineo me arte mea.
Fraudo latronem depoſito.
Orbo crudelem filiis.
Regno in urbe.
Impero gentibus: & frequētatiuum imperito.
Vaco culpa & ſcriptura militiæ.

Sacrifico uictima.
Cōmunico cū illo & tecum furto.
Tempero me uino.
Poſtulo a iudice.
Exulto uictoria.
Flagro amore.
Exequo te cum deteriore.
Comparo te cum deo.
Pugno cum riuali.
Certo cum æmulo; certo autem tibi.
Litigo cum amico.
Ardeo cupiditate.
Careo cupiditate.
Priuo te lumine.
Prohibeo te lumine.
Abſtineo te cibo.
Pendeo te ſed melius ex te.
Egeo laude & indigeo.
Impleo te uino.
Item cū præpoſitione ablatiuum caſum trahūt hæc ita.
Abhorreo ab illo. Lucretius Vulgus abhorret ab hac.
Diſcedo a petulante.
Deſiſto ab incœpto.
Diſcrepo ab ignauo.
Diſſentio ab æquitate.
Item nomina; ut
Oriundus ex aphrica.
Longinquus ab achaia.
Diuerſus a peccato.
Itē per ablatiuū efferimus.
Emo aſſe: & per genitiuum aduerbia hæc duo: ut græci quanti emiſti: tanti emi.
Afficio te gaudio.
Deficio luctu.
Imbuo aram ſanguine.
Intendo te oratione.
Contendo cum improbo.
Confligo tecum.
Iungo tecum minore.
Concumbo cum uxore.
Coeo cum muliere.

Confero te cum potentiore.
Cedo poſſeſſione.
Interdico illi amicitia.
Velo te ueſte.
Induo te armis.
Liberor moleſtia.
Donor imagine.
Oneror uino.
Satior cibo.
Saturor pulmento.
Abdicor prætura.
Suſtentor arte.
Fraudor depoſito.
Priuor dignitate.
Afficior letitia.
Imbuor ſanguine.
Inudor iracundia.
Lætor labore.
Glorior uictoria.

Dn̄or græcis & dn̄atus ſum
Dignor te ſalutatione.
Comitor ruſtico: Comitať autē illū actiua ſignificatione per accuſatiuum.
Sermocinor tecum.
Luctor cum athleta.
Impſonale cōuēit mihi tecū
In gratiam tecum redeo.
Gaudeo agricultura.
Bene mereor de te.
Male mereor de illo.
Vtor toga. Virg. Vtere ſorte tua. Sed hāc rē utor ueteres dixerūt. Quod illa ætas magis ad hæc utēda idonea eſſet. Item nam in prologis ſcribundis operam abutitur & abutor charta.

Nitor baculo.
Labur cauſa uel cogitatione uel propoſito.
Diuellor a te.
Auellor auulſus ſum.
Diſtrahor a comite.
Fungor officio & honore.
Sed & ueteres fungor hanc rem dixerunt.
Defungor muneribus & periculis & uita.
Fruor diuitiis ſpecie perfecta caret.
Alienus a crimine.
Indignus parentibus.
Contentus paucis.
Incenſus amore.
Orbus patria.
Fuluus oculis.

Ex his noibꝰ q̄dā accipiūt ſuū uerbū & faciūt ui uerbi: ueluti cōtētus ſū: fictꝰ ſū orbꝰ ſum raucus ſū: Et oēs cōpatiōes abltūm recipiūt ueluti ſtudioſior fribꝰ agilior patre. Opus eſt mihi monito: opus mihi fuit. Sed ueteres ꝑ icuſatiuū hæc idiomata ſæpiſſime q̄s ē ꝓtulerūt Opus ē mihi hāc rē. Sed apud ueteres iuenimus hoc dici ꝑ oēs caſus p̄ter uctūm. Veluti ē opus mihi hæc res: huiꝰ rei huic rei: hāc rē: hac re. Illud aūt ē obſeruādū maxie. Nā ut græci dicūt χρεῖαν ἔχω χρεῖαν εἶχον nos nō dicimꝰ opuꝰ hēo: opꝰ hēbā ſed opꝰ ē mihi: opꝰ erat mihi. Et qđ illi dicūt. ϖατηρ βούλεται ὑῶδ σοῦ nos dicimus pr̄ uult te: p̄ceptor uolebat te: & ſimilia. Præterea multa ſunt q̄ ꝑ abltūm caſum romani ſolēt efferre. Immēſa.n.eſt huius caſus licētia & utunť eo ſæpiſſime ꝓ duobꝰ caſibus gtō & dtō. Nā multa q̄ græci ꝑ hos caſus dicūt nos ꝑ abltūm efferimus ꝑ noia & ꝑticipia & ꝑ gtō accipiunť. Per noia ſingulariter. Pōpeio cōſule. Pluraliter. Pōpeio & craſſo conſulibus. Duce patre: ducibus patribus. Varia uictoria bellū. Hō mira eloquētia. Magnis uiribus adoleſcēs. Bona forma mulier. Et ſimilia ꝑ noia & ꝑticipia inſtātis tēporis ſic. Deo uolente. & diis uolentibus. Te p̄ſente & nobis p̄ntibus. Cedēte aduerſario uici. Cedētibus aduerſariis uicimus. Audiente ipſo p̄ceptoř legi. audiētibꝰ ip̄is p̄ceptoribꝰ legimꝰ et ſilr̄ia. ꝑ ꝑticipia p̄teriti tpis ſic. Peracto tpe ꝑactis tpibus. Cœpto bello. Ita actis. exercitatis litteris & ſimilia. Sed in hoc p̄terito tpe ablatiuus. & pro nominatiuo accipitur: & intelligitur pro infinitiuo tempore ἀόριστον graeci uocant & apud nos eſt in participiis ueluti ſingulariter audito hoc uerbo reſpondit. Pluraliter auditis his uerbis reſponderunt. Pluraliter & ſingulariter auditis his uerbis reſpondit. Inuenta ueritate tacuit. Peracta oratione ſedit. Viſo fratre gauiſus eſt & cætera quæ ſunt ſimilia.

Pro datiuo ſic utimur ablatiuo: ueluti ex prima declinatione nominum ſingulariter.

Cura conſumitur.
Cura conſumuntur.
Ex ſecunda.
Studio te uinco.
Ex tertia dolore uictus eſt.

Ex quarta.
Aeſtu ſolutus eſt.
Et cum pronominibus.
Hoc tempore nihil habeo.
Illis temporibus: ualuit

hæc lex.
Hoc anno non uidi eum.
Hac uia.
His rebus & ſimilia.

Hactenus de abltō caſu certū ab his q̄dē diſcrepāt: q̄ etiā ſeptimū caſū aſſumēt: q̄ ē abltū

ſimilis: ratione aũt nõ cõgruit: cuius differentiã inſerere nõ piguit: ita caſus ablatiuus præ/
poſitiones ſemper recipit: & uno modo profertur: cum a pſona ablatũ quid ſignificet: aut a
re aut a loco: cui9uis apud græcos bipartita eſt: aut .n. p genitiuũ: aut p aduerbia localiter
poſita: & a noie deriuata explicabit᷑. Per gẽitiuũ ſic: cũ a pſona ablatũ quid ſignificet᷑: uelu
ti. Ab oratore accepi. Itẽ ex libro Ciceronis κτοῦ βιβλιοῦ κικερωνσό intellectũ ẽ. Per
aduerbia aũt q̃ a loco ſignificatũ demõſtrãt: ueluti. A roma in aphricã redũt uel a troia uel
ilio nauigauit æneas qđ apud illos interpretat᷑ abuerbialiter ſic τροιητεηι λιοτε ἡ εωλε υσ
εκαιεηισσ. Itẽ & cætera ſimiliter. Septimus uero caſus his ꝑpoſitionib9: q̃ ablatiuo ca
ſui cõueniũt ſubtractis pfert᷑ modis quatuor. Primo cũ in pſona: aut in loco aut in re in/
telligitur ueluti in Scipione militaris uirtus emicuit. In mõte caucaſo pœnas luit pmetheus
in ſtatua Cicerõis uictoria cõiuratoꝝ ſcribit᷑: & interptat᷑ talis figura p datiuũ. Quæ regu
la ẽt in noib9: quoꝝ datiu9 & ablatiu9 idẽ eſt obſeruat᷑: ut ab hoc uirgilio: huic uirgilio & ab
hac ſecuri huic ſecuri: ab hoc ſuaui huic ſuaui. Scdo cũ duo ablatiui copulati genitiuo græ
co interpretãtur: uelut ducẽte deo: elapſus eſt æneas. Incuſante Cicerone Catilina con/
uictus eſt. Studẽte ſacerdote differẽtia inuẽta eſt. Itẽ multũ intereſt utrum dicamus ab
hoc præſenti accepi: an hoc pſente ab alio accepi. Similiter ab oratore uenio & oratore ma
giſtro utor. Tertio modo cũ hãc figurã græcã latinæ dixerim9 ſpe poſſe uolũtate latroci
nãdi: cõſilio inſidiãdi. Quarto ut Scaurus rettulit: cũ latinũ eloquiũ in quodã uerbo defi/
cit uelut in illo. Nullo timore hoſtium caſtra irrupit: nulla ſpe reꝝ potiundi. Vallo foſſa
mœnia circũdat. Nullis cuſtodibus palladiũ ereptum ẽ. Nullis inſidiis palã uictus ẽ ho
ſtis. Vbiq̃.n. deficit latinæ ſermo. ſ. iõ quia duo ablatiui nominales ſunt copulati: qđ ſi
unus pticipalis ſit nõ deficit latinus ſermo ſed plenus eſt ut ſupra relatũ eſt. Ducẽte deo ela
pſus eſt æneas & cætera: quæ ſecũdo expoſuim9 idiomata omniũ caſuũ quæ ſupra genitiui
datiui & accuſatiui uerbũ paſſiuũ: diſcutior animi animũ & animũ & animo. A rect9 ſũ ani/
mi animũ. Diſcruciatus ſũ. Genitiui & ablatiui nomina. Diues ſũ agroꝝ & agris. Fœlix
hui9 rei & hac re. Genitiui accu. & ablatiui aſſis & aſſẽ & aſſe & iũctũ uerba actiua præſto
omnibus & oẽs ideſt melior ſũ. Præſto aũt tibi: præbeo tibi derogo tibi & illi. Plus mi
hi derogo plus mihi abrogo. Tertiæ accuſatiuum detraho tibi: & de te. Primæ moderor
militibus & milites moderat9 ſũ. Medeor puero: & pueꝝ medicat9 ſum. Datiui & ablatiui
ſecũdæ actiuæ timeo patriæ & de patria. Tertiæ actiuæ metuo tibi & de te. Incuſatiui & ge/
nitiui ſecũde actiuæ. Admoneo te meritũ: & meriti admonui. Corruptũ actiui memini pa/
tronũ & patroni. Paſſiue tertiæ. Reminiſcor hoſpitẽ & hoſpitis ſpeciẽ pfectã nõ habet. Ob
liuiſcor cognatũ. & cognati oblitus ſũ. Incuſatiui & ablatiui ſecũdæ. Oleo unguentũ. Ci.
in antoniũ. Vinũ redolẽtibus & marſus hircũ. Ter. Olet unguenta de meo. Ouidi. aũt
uitioſæ hac re oleo. Perq; locos ſacros & olentia ſulphure fert᷑. Et Vir. quidã putãt ſic dixiſ
ſe. Redolent quæ timo fragrãtia mela. Sed fruſtra: eſt enim ordo redolẽt mella fragrantia
thimo. nã fragrare qdem ablatiuo dicimus caſu & redoleo cũ ꝑpoſitõe tertiæ. Cedo for
tiori palmã & palma ceſſi. Cõcedo poſſeſſionẽ & poſſeſſione cõceſſi. Offendo glebã & gle
ba offendi. Aduerbiũ clã cuſtodẽ & cuſtode & clãdulũ & clãculo genitiui & incuſatiui &
ablatiui ſecũdæ. Inuideo tibi gloriæ gloriã & gloria. Tertiæ potior regni. ut Ci. Reꝝ potiri
uolũt & regnũ: ut Ter. patria potitur cõmoda & regno ut Virg. ut & auro ui potit᷑ & Oui.
Mars uidet hãc uiſamq; cupit: potiturq; cupitã genitiui & ablatiui nomen. Plenus ſũ gau/
dii & gaudio. Secũdæ egeo uictu & uictus egui & indigeo & indigui & indigus. Paſſiuũ ſe/
cundæ: ut ipleor carne: & cõpletus ſũ ablatiui & datiui primæ. Opto diis & a diis. Ablatiui
& incuſatiui ſecũdæ. Caueo mihi a latrone & latronem caui. Præcor ab Ioue: & Ioue. Paſ
ſiuum tertiæ: induor tunicã & tunica induor. Idiomata quæ ueteres quidem p accuſatiuũ tu
lerunt: nos aũt p datiuũ ſecũdum græcos efferimus. Actiue primæ. Obiurgo filiũ ueteres

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

dicebāt. Nos aūt obiurgo filio per datiuum ut græci Excanto te: nos excāto tibi: Per actiuū
Illi ſecūdæ ipendo te: nos impendo tibi. Tertiæ. attendo legentē: nos attendo legēti. Aduer
to te: nos aduerto tibi. Aſſido ſocium: nos aſſido ſocio. Illudo hominem: nos illudo homini
Præſtolor nutricem: nos præſtolor nutrici. Sed hoc ueteres ſecundū græcos. Quid tibi fu
turum eſt: nos quid te futurum eſt?

NOmen ē pars oratiōis cū caſu ſine tpe rem corporalē ꝓprie cōmuniterue ſi-
gnificans: ꝓprie: ut roma tyberis: cōmuniter ut urbis flumē. Sed ex hac dif-
finitiōe. Scaurus diſſentit. ſeparat enim a noīe appellationē & uocabulū: & ho
rum trina eſt diffinitio talis. Nomen eſt quo deus aut hō ꝓpria dūtaxat diſcri
minatiōe ꝓnunciat᷑: cū dicitur ille Iuppiter: hic apollo: Cato iſte: hic Brutus appellatio quo
qꝫ ēſt cōis ſimiliū rerū enūciatio ſpē nominis: ut hō: uir: fœmina. mancipiū: leo: taurus. hoc
.n. animo auribuſqꝫ audiētis affert animalium eſſe quidē duo genera tantū: ſed ſine ſpeciali
diſcriminatione: nā ne qs hō: ne quis uir: ne qua fœmina: ne quod mācipiū: nec q̄lis leo: tau
rus ue eſt diffinitur. appellatiōi fere accidūt eadē q̄ nomini. Itē uocabulū ē: quo res inaīales
uocis ſignificatiōe ſpeciē nominis enūciamus: ut arbor lapis: herba toga & his ſimilia Vo
cabulo accidunt eadem: q̄ appellationi. Nomen autē dicitur quod unāquāqꝫ rem monſtrat
ac notet q̄ſi notamē media ſyllaba p ſincopen ſubtracta: uel a græca origine. ὠαρατὸ ὀνό
μα. Nomini accidūt obſeruationes hæ qualitas: genus nūerus figura: cōpatio: caſus. Qua
litas nominū bipartita eſt: aut. n. propria ſūt noīa: aut appellatiua. Quædā ꝓpria ſūt & ap
pellatiua. ꝓpria ſūt quæ propriā & circūſcriptā q̄litatē ſpecialiter ſignificāt. Itē quæ unica
& ſola ſūt deoꝝ: ut Iuppiter: & q̄ bina liber pater: hoīum: ut romul⁹ ur biū: ut roma. ꝓuin
ciaꝝ ut aphrica: inſulaꝝ: ut ſicilia: mōtiū: ut pyrene fluminū: ut tyberis: Propriorum nomi
num quattuor ſunt ſpecies: prænomen nomen cognomen agnomen: Prænomen eſt quod
nominib⁹ gētiliciis præponitur: ut. M. P. Cato. Nomen ꝓpriū ē gētiliciū: ideſt qđ originē
gentis uel familiæ declarat. ut Portius Cornelius iulius. Cognomē ē qđ uniuſcuiuſqꝫ ꝓpriū
ē: & nominibus gētiliciis ſubiūgit᷑: ut Cato. Scipio. Ceſar. Ordināt᷑. n. ſic. M. Portius. Ca
to. P. Cor. Scipio. C. Iuli⁹ Cæſar. Agnomē quoqꝫ ē qđ extrinſec⁹ cognomētū adici ſolet ex
aliq̄ rōne. uel dr̄ q̄ſitū: ut eſt Cenſorinus Aphricanus Numātinus & ſimilia Huiuſmodi āt
nominū ordinatio. ſicut Aruntius Claudius aſſetit græcis tracta demonſtrant᷑. Quæ qdē
ut ſit magis intellectui pſpicua ad imaginē illoꝝ eſſe cōpoſita. Exempli gr̄a hæc ſubiicienda
decreui. Apud illos Alexander pronymos eſt: qđ nos prænomen dicimus. hoc gētiliciū no
mini præponitur. Eſt autem gentile nomē dardanus: qđ originē familiæ declarat. Triparti
ta poſt modū frequētauit cōpoſitio uice cognominis ſpāliter poſita gentileqꝫ nomini ſubiū
cta. Eſt āt cognomen qđ cuiuſqꝫ perſonæ ꝓpriā notat diffinitionē. Nā in eadem gentilitate
multi dardani. Sed ad cognoſcendā cuiuſqꝫ ꝓprietatē & quis ex multis itelligi debeat: oſtē
dit: ut eſt paris. Sumuntur aūt tripliciter prænomina: aut a qualitate uel quātitate corpis:
ut eſt apud nos uel animi uel facti: ſicut apud illos a factis paris eſt cognominat⁹. Eodem
modo achilles prænomen eſt. nomē eacides pernix uero hoc eſt ὠκῦσ: uel ταχῦσ cogno-
men ſpāliter poſitum a facto. i. a pedum uelocitate: ut eſt apud Homerum ϖόλασ ὠκῦσ
αχιλλεῦσ. Si qs ergo uelit h̄ tria ſimul copular̄ ſic ordiet. Achilles eacides celer ſiue ωκυσ.
Pirrhus eacides neoptolemus. Alexander dardanus paris. His aūt accidit agnomen aliqua
uirtutæ forinſecus quæſitū: qđ epigenetā græci dicunt. quo cognomina diſcriminantur: ut
eſt Vlixi agnomen polidas: Nā prænomen eſt ut ait ibicus Vlixes; nomen acciſiades: odi-
ſecus: & ordinatur ſic: Vlixes acciſiades odiſecus. Agnomen polidas. Non fere tamen om-
nia nomina q̄ttuor ſpecies admittunt. Quædam inueniuntur apud illos unica uel dionima
ut palæmō melicertes: aſtynax ſchamandros: & ſimiliter alia ſicut apud nos. Numa Pōpi-
lius: Tullus hoſtilius: Ancus Marti⁹: Serui⁹ Tullius. M. Antoni⁹. L. paulus. Item alia no

mina & p̃nomina aut ſingulis lr̃is notãt̃. aut binis aut ternis. Appellatiua nomina ſũt q̃ gña
liter cõiterq; dicũt̃. Hæc in duas ſpẽs diuidũt̃: q̃ꝝ altera ſignificat res corp̃alis: q̃ uideri tãgi
q; p̃nt: ut hõ arbor. Altera incorp̃ales q̃ intellectu tãtũmõ p̃cipiũt̃: ueꝝ neq; uideri nec tãgi
p̃nt: ut deꝰ pietas iuſticia dignitas. Sũt ãt ꝓpria & appellatiua: ut clæmẽs maximꝰ piꝰ: uir:
uidex: filiꝰ. Sed hec omnia nomina abſoluta dicũt̃. Et ſingulis q̃buſq; rebꝰ p̃ſõis ue poſita
ſũt nomina q̃ gẽtẽ ſignificãt: ut afer dacꝰ hiſpanꝰ alia patriã ut thebanꝰ romanꝰ. alia nume-
rũ ut unus duo. alia ordinẽ ut primus ſcd̃s. ſed primus de multis: de duobꝰ prior dr̃: ſic ut d̃
duobus alterum dicimus: de multis aliũ. Q uædam facta a ſonis quæ græci. ποιητικα dñt
ut ſtridor clãgor: hinnitus: mugitus. Q uædã deſcẽdũt ab aduerbiis ut heſternus hodier-
nus craſtinus ſerus nimius citus. a p̃ticipiis: ut laudabũdus ludibũdus. Sũt ẽt alia p̃ticipiũ ſo
nãtia ut clæmẽs ſapiẽs. alia uerbis ſimilia: ut cõtẽplator uerbero erro epulo. Sũt q̃dã p̃one
ſingularia intellectu pluralia quæ græci περιληπτικα nominãt: ut cõcio populus exercitꝰ.
Et quædam quæ græci βιβλιοθηκη nominãt: ut bibliotheca. alia quæ nomẽ traxerũt ex
his quæ cõtinẽt̃: quæ græci περιεκτικα nominãt: ut uinetum roſetum. Sũt quædã nomina
quæ per ſe ſine alterius partis orõnis adminiculo intelligi nõ p̃nt: ut p̃r frater. Recipiũt. n. ſi
bi illa p quæ intelligant̃ ut meus tuus: hæc a græcis προσ τι appellant̃. i. ad aliquid & ſimi-
lia: προς τι προσεχοντα. i. ad aliquid quodãmõ attendẽtia: uel taliter qualiter ſe habẽtia:
ut dexter ſiniſter. & hæc cõpa:iuũ gradũ admittũt: ut deſterior ſiniſterior. ſũt quoq; quædã
nomina quæ una loquela plura ſignificãt: ut nepos acies. ſignificat. n. nepos & certũ cogna-
tiõis gradũ & cõſũptorẽ. ſimiliter & acies oculoꝝ & ferri & exercitus. ſũt alia ſynonyma
uel polyonyma uel polyonyma quæ pluribus loquelis idẽ ſignificãt: ut terra humꝰ enſis gla
diu s mucro. Q uædã mediæ p̃tãtis quæ adiecta noibꝰ ſignificationẽ a cõiũctis ſumunt: ut
magnus: fortis. Hæc. n. p ſe nullũ intellectũ habẽt. Et iõ a q̃buſdã adiect ões dñr: ut magnꝰ
uir: fortis exercitus. Sũt quæ a græcis επιθετα dicũtur: quæ q̃buſcũq; perſonis adiiciunt̃:
uel laudandi uel uitupãdi gr̃a. Hæc ſumũtur: a q̃litate aïæ: ut ſapiẽs demẽs pudicus turpis
bonus malus & q̃litate corp̃is: ut formoſus: deformis: aut a q̃titate: ut ſublimis hũilis p̃cer-
lrus. aut extrinſecꝰ: ut purpuratus palliatus. in hac ſpẽ uittata ſacerdos: & pharetrata camil
a: aut a q̃litate facti ut ẽ lauſus equũ dõitor debellatorq; ferarũ. Et ipſe doli fabricator epeus
aut ab accidẽtibus tracta: ut cæruleus ruber beatus diues paup: aut a q̃litate naturæ ſũpta:
ut ignis edax Sed hæc oïa q̃q̃ ſpẽs ſũt nominũ abſolutæ tamẽ nomina dicũt̃ Sũt q̃dã p̃tici
pialia quæ græci μετοχικα dicunt: ut mons fons uilla ſchola hortus. Ex his naſcuntur de
riuatiua quæ apud græcos παραγωγα dicunt̃: ut fõtanus montanus uillaticus ſcholaſti-
cus horticus. Deriuãtur ãt nomina modis ſeptẽ. aut. n. patronymica ſunt: aut poſſeſſiua: q̃
κτητικα dicuntur: aut paronyma: aut uerbalia: aut comparatiua: aut ſup̃latiua: aut dimi-
nutiua. Patronymica ſũt quæ p̃re ſumuntur ut pelides priamides. Abuſiue ſæpe ẽt a matre
fiunt: latronius apollo: phylirides chiron: Inous palæmon. pleiades aut ab auo: aut æacides
aut ab auia: ut ledea hermiõe. aut a f̃ribus ut phaetõtiades & laodomius heros. aut a maiori
bus: ut belides palamedes. aut a maritis ut helẽa menelais. aut a filiis: ut altea meleagris: ſic
riter dicitur in quo homines. Coercentur. pluraliter uero carceres unde currus effunduntur
Participium a nomine tripliciter diſcernitur. Comparatione: declinatione: ſignificatione nu
meri & nomina communia ſunt. Sedes: ſpes: clades: labes: res. Frequentatiua uerba ex hoc
nota ſunt in cænito: pranſito: lectito: dicto: dictito: curſito: nectito: & ito: ibitoq;. Cum de ge
nere alicuius generis nominis ambigis pluralem conſule numerum: ut puta ſi quæras hic
partus ſit aut hoc partum plurali numero faciat hæc parta: nec recipiatur hi parti manifeſtū
eſt genus: confeſſiua fit uox duplici uoce. abnutiua ut non nollo. oſtendo enim me uelle. &
non neſcio quæ tibi uita eſt: & nonnunquam prandeo & nec non eſt libera res mihi. Rumi
gat nihil eſt: ſed ruminat & rumino. delibuit dicit unguento non dilibuit: laquearia non lacu
naria. Lintea mercatur dicitur.

V. Litteram nulla uox latina aſciſcit. Ideoq; inſultabis gloriam dicimus. Subdio legi-
mus audiuimus: pro quo ſubiungebant ueteres & dicebāt ſubdiocœlo. Martulus
a marte non marculus: ſceua fames non famis dicendum eſt. Filicem non fœlicem
dicendum. Vnde & filicata opera priores dixerunt celata: unde & filix quam ita credo dic-
tam ꝙ ſit minus fœlix aruis pollenta non pullenta dicendum eſt. Fictum rationis eſt fixum
uetuſtatis: ut pingo pictum: ſic fingo fictum partipaliter facit. Gobius piſcis nonnunquam
gobio legitur. Turpitudo non turpido. Nequam non malum ſignificat: ſed inutilem: & eſt
aptoton ut frugi. Venſica enim habet quia non eſt ſine uento. iam ſuper dicendum eſt nam
nihil eſt ia. Item non iamus ſed eamus. Montuoſam italiam ſiue ſardiniam memorato.
Scripula non ſcribula dicendum. Tinguere non tingere dicendum. Quoniam eſt uerbum
tinguo: is: it. Ingenii profer: ſicut. officii quia nullus a recto caſu eſt genitiuus In ciliciam nō
in ſiliciam dicendum quia nuſquam. ſine. n. pronunciatur. Audacter ſuperlatiuum eſt: ſe au
daciter melius eſt quia nomina in. x. littera terminata in aduerbiis iter aſſumunt: ut atrox
atrociter. Ferox ferociter: uelox ueloctter: ſtlataris ſine. c. littera ſcribendum eſt. Aſtlata rate
pyrratica. Stelbonem dicito ad ſimilitudinem ſtellarum.

AGRAETIVS DE ORTHOGRAPHIA ET PROPRIETATE ET DIFFERENTIA SERMONIS.

DOmino meo Enchieirio Epiſcopo Agrætius ſalutem dicit. Libellū capri de orthographia miſiſti mihi: hæc quoqꝫ res ꝓpoſito tuo moribuſqꝫ tuis cōgrua ē: ut qa ſed nos ī huiuſce uitæ actibꝰ corrigere uis: et in ſcribēdis ſtudiis emēdares. Nihil ergo qđ ī nobis ē alienū a caſtigatiōe tua credis: oīa nr̃a & q̃ dictu parua ſūt: ſollicita indagerimaris: a uiuēdo ad ſcribēdū ab aīo ad manū a corde ad articulū ꝑuenis: hoc ē uere ſūmū ſacerdotē dei eē: cōmiſſos ſibi hoīes ut ipſi dictis & ſecūdū ſpiritū ībuere: & ſecūdū lr̃am perducere: huic ego Capri libello de orthographia & ꝓprietate ac differētia ſermonū q̃dā adiciēda ſubieci. Nō qđ uir tātæ peritiæ aliqd ꝑtermiſſerit. Cū tā multis ꝑſerti litterarū oꝑibꝰ celebraꝰ: qui in cōmēdādo etiā Ciceronē præcipuꝰ: ſed quia nos difficilia putamꝰ q̃ illæ ut facilia neglexit: ego aūt credidi hæc ambigua aliquātis uideri: qa nihil obſcura frequētata fuere. Ad te igitur hoc opus mittititur in quo laborabis plurimū cui neceſſe eſt emēdare eū qui aliquid emendare præſumpſit donauit diuina pietas & qui ſcriptum abſte obſeruare uolumus: etiā præſcriptū tuū ſeruare poſſumus. Vale memor noſtri & ꝑſidiū meum.

AGrætius & cū latinæ ſcribis ꝑ diphthōgō ſcribēdū: nō ut qdā putāt ꝑ y Agritius Triceni de tricētis dices: trigeni de triginta. Accerſit q uocat arceſſit q accuſat. Sicut Cicero nō capitis arceſſere. Et quādo qđ increpādo uel inquirendo. Interrogātis aduerbiū ē: qđ quādo ſimpliciter loquētis. Silr̃. n. cū oſtēdis en cū icrepas. Cice. en cui tu quoqꝫ liber liberos tute comitas: hem cum dolor irā mouerit: aut cū admiratio cogitatioqꝫ ſtuporē. Acceruus mobilis ē. Acerbus īmaturus: aut aſper inſignis. abitū ſine aſpiratione de abſceſſu ſcribis: habitū de ueſtitu geſtuqꝫ corporis dicimus. Sicut primus e multis & prior ex duobꝰ. Ita poſtremus de multis & poſterior de duobus: & alter de duobus dicitur alius de multis. Ve interiectio dolētis ē ſine oe. Ve cōiūctio diſiūctiua. ꝑmiū. Cū diphthōgo. Preciū ꝑ. t. ſine. œ. Veteres. n. maioris rei ſermōis cū diphthōgo & quadā dignitate ſcribi uoluerūt: ꝑcari ē aūt rogare: deprecari ē pugnare & excuſare. Virgilius equidē merui nec deprecor. Cicero qd faciet hortēſius auaritiæ ne crimina frugalitatis laudibꝰ deprecabiť. Nubo nupſit ſcribo ſcripſit. Cū uocalis ſeq̄tur. b. eē debet cōſonās. p. Fides de fidelitate diciť. fidis de corda. Diſertus orator ē deſertus derelictus. Delator q differt ad accuſandū: dilator q differt ad ꝓferēdū. Traducta ē getulis: nec ducit arena nocētes: & delator hēt qđ dedit exiliū. Deluit pugnat deluit tēperat. Liuius de morte mitrydatis qđ cū diluiſſet. aduerſū te aduerſarius aduerſus te imitator in Velus ut accutū ſit. qa nomē ex ſono uocis accipit. Deduco de amico ꝓducēdo. diduco ē aūt diſtraho Derectū intectum uadens. Directum in latera arreptum partem nomen eſt partim aduerbium. Faſtus de ſuperbia & facit genitiuum faſtuum faſtus de libris: & facit faſtorum. Expectatur uenturus. Spectatur qui uidetur: uel probatur. apparet qui uidetur: aſt ꝑparet qui obſequitur: non regulæ rationem ſed diſcernendi intellectus gratia. Hercules achilles ueteres recto caſu per. e. ſcribebant genitiuo per. i. Et omnia huiuſmodi nomina breui ſyllaba coniunctiuus modus præteriti perfecti & futuri.

QVærimus coniūctiuo mō tꝑe ꝑterito ꝑfecto. fuerimus eodē mō tpe futuro cū diceres uerbo actiuo cōiūctiuo mō diceris uerbo paſſiuo indicatiuo mō. Miramur opa admiramur uirtutes. Labiū ſuperius dicitur. Labrum īferius. Roſtrū nō ē niſi qđ incuruū ē. Exercitus laboribꝰ. Exercitatus ſtudiis. Minores res eſſe aliquas aut homines dicimus. Nā minores emptū aut exiſtimatū aliquid recte dicimus: ſicut eſt pluris quod maioris ſumma taxatur. Plures de

multitudine ſcribimus: plures de cõparatiui gradu Cicero unus plures ꝑdonũ duces cepit ſeruilius quã cæteri: poſitiuũ habet multi ſuperlatiuũ: plurimi: cepit de capiendo: cœpit de incipiẽdo ſcribimus. Vterq; uenit utriq; ueniunt. Cice. iubeo ꝑmi utroſq; binos ut habeã: q delphica Cõparia uaſa ſemper ſunt: unde ipſe Cicero dicebat: ſciphorũ paria cõplura. Quæritur de inquirẽdo: quærit de plorãdo dicimus: & ſic quæſtus lucri & quæſtus lachrymarũ Poculũ uas eſt potio qđ hauritur. Cicero accepto poculo ſubito in media potione exclamauit. Demediarũ Calicẽ bibi nõ de mediũ dicere debemus: nõ enim ipſe uas bibis: ſed qđ intra uas eſt. Olim & cõdã & aliquãdo tria tẽpora tenent ꝑteriti præſentis & futuri: affatim inueniuntur exempla: ꝑſentis demus quod difficile uidetur. Tumidus qđ fluctibus olim tunditur. Quõdã etiã uictis reddit imprecordia uirtus. Expergiſſimini aliquãdo & capeſcite rẽpu. Cõſcribere eſt multa ſimul ſcribere. Exſcribere qđ ab aliis ſcriptũ ſit trãſferre trãſcribere cũ ius noſtrũ in altũ tranſit: inſcribere accuſationis eſt uel occaſionis: adſcribere ſignificationis eſt. Deſcribere dictionis uel ordinationis deſcribere dictionis. Extruere ẽ i altum ſtruere. Inſtruere aciem uel actionẽ. Adſtruere affirmare. Conſtruere ſtruẽdo cõiungere. Subſtruere eſt aliqua ſubterſtruere ſuppoſita re. Memini me facere dicere debemus: non memini me feciſſe. Nã memini ſermo eſt totus præteriti tẽporis qui ante factam rem in præſens reuocat & ſi dixeris memini me feciſſe duo ꝑterita ſimul iungis. Cicero memini me pãphilũ. Libytanium mihi narrare ſolitũ. Idẽ infra reſpondi metello ut debui & memini me dicere. Terentius ego illã uidi uirginem forma bona memini me uidere. Virgilius cantando ſolitum memini me cõdere ſoles. Idem memini me aruncos ita ferre ſenes & multis præterea in locis: neq; inuenitur ubi ab aliis magnis auctoribus memini ita poſitũ ſit: ut non addatur aut etiam aut aliquantus ſermo qui præſens tempus reſtituat. Niſi uno loco & quaſi hoc mirabile. Namq; ſub œbaliœ memini me turribus altis Choritium uidiſſe ſenem: quod poetæ pro neceſſitate metri licuit uſurpare. Inſtat illius rei dicere debemus non ad inſtar. Quæritur ab aliquãtis quare. ſ. littera inter liquidas poſita ſit. cum uelut ſola ſyllaba haberi uideatur ac ꝓpter hoc dicta ſit ſuæ cuiuſdam poteſtatis eſt. Aliæ autem liquide in ipſo concurſu litterarũ & ſermonum. Ita conglutiantur ut pene interire uideantur. Hæc ratio apud latiũ unde latinitas dicta eſt & orta & maior populus & magis egregiis artibus pollẽs tuſci fuerunt: q de linguæ ſuæ g. litteram raro exprimunt: hæc res fecit habere liquidam. Arbor omne lignum dicitur. arbos non niſi fructifera hora dierum: ora profiniũt pignora rerum: pignora filiorum & affectionum: columbæ quæ manſuetæ fieri poſſunt: & domibus adſueſſere. Pallumbes feræ arboribus feræ & ſiluis ſaxiſq; inhabitantes. robur arboris. Veniunt qui uendunt: ueneunt qui uenduntur. Conſueſcimus bona inſueſcimus mala adſueſcimus utraq;. Contingunt bona accidunt mala: eueniunt utraq;. Fungi agere eſt. defungi eſt defficere uel peragere. Adoleſcere augumenti eſt: inoleſcere coagumenti eſt. Exoleſcere uaneſcentis eſt. Auenæ ſteriles germen eſt. Habenæ dicuntur retinacula iumentorum hoc de habendi poteſtate illud de occupandi auiditate dictum. Deuncem decem uncias diuncem. xi. pulchritudo formæ in uiris dignitas. Vnde Cicero pro celio quis non poſſit huic ætati atq; huic dignitati & ſi ſine ſuſpicatione: at non ſine argumento maledicere. In fœmininis autem honeſtas dicitur. Vnde Ter. de horrido & ſene eunucho: illum ne inhoneſtum hominem ambulare. Formoſitas uero in luxurioſis. Vt formoſum paſtor. Id ſe pro nomen dignitatis: iſte abiectionis. Donum dantis eſt munus accipientis. Illud adando: hoc amuniendo uel amouendo dicimus has manus huius hominis dicimus: hanc manum multos homines coniungere. Coarguere eſt. Coercere & compenſare. Arguere oſtẽdere & pateſacere. Vir. degeneres animos timor arguit: unde argumenta dicuntur quæ cauſam cauſæ oſtendunt: ſunt ſermones ut ita dixerim communes duos ſibi contraria ſignificantes. Vector eſt ille qui portat & q portat̃. Hoſpes eſt qui recipit & qui recipitur. Sacer eſt uenerandus & execrandus. Vir auri ſacra fames.

Vultus eſt uíndicatus & punitus. Gratia & bene & male rei cauſa nam ſic dicimus amicitiarum ut beneficii gratia. Ita ut Saluſtius opprobrii gratia Cicero religioni & ſupplicii gratia colendam & fruendam tradiderat. Et Ter. qui referam ſacrilego illi gratiam. Suffragia populi & quæ honorant dicuntur & quæ donatur. Cicero de præfectura urbana. Iſtum uis ullis populi ſuffragiis eripere non potuit. Donamus & illud qd' damus & illum cui damus. Afficimus honore afficimus iniuria. Elleuamus & quæ in altũ attollimus & quæ alleuiam9 leuiora facimus. Subducimus: & quæ retro ſubtrahimus & quæ imprõptu offerimus: bello. Catilinæ optimũ quęq; in primam aciem ſubduxit pudet & quæ de alterius facto & quæ de ſuo: inadelforum libris Eſchini ubi eum pudet patris non ante confeſſum. Supremus ſummus & ultimus: & ſuperiorem & inferiore ſignificat. Altũ & qd' ſurſum eſt & quod deorſũ procul & lõge & prope ſignificat. Clipeo excuſſa ſagitta procul q; egregium cantorem. Dãnamus & adictus & obligatus uel potius abſolutus. Virgilius quem damnat labor aut quo & cætera ideſt uirtus ſua abſoluat aut uictorem faciat. Nunquam enim Virgilius in duobus locis unam rem ponebat. Præſertim cum aut interponeret coniunctionem diſiunctiuam. Idem ipſe alio loco damnabis tu quoq; uotis: ſicut uoti reus dixerat. Hic ita & abſoluendos dixit. Vnde & iure damnas iſtius & iſtum eſto ligatum dicit. hoc eſt ſoluẽdo: eſto iſtũ qd' ſolui omnibus modis neceſſe eſt: & ſi res aliena ligatur. In præpoſitio utriq; caſui ſeruit. Cũ in loquelas tranſit fit etiam communis intellectus. Nam & ſatis & parum factũ aliquid uel non factum dicimus. Sicut impotens & infractus. Latere & abſcõſum eſſe aliquid dicimus & late patere. Virgilius & ſcuta latẽtia cõdunt: & torua ſolum ſub fronte latebat. Horrendũ dicimus deſpicabile aliquid. & admirãdũ. Virgilius oculos horrenda in uirgine fixi. Aduocatur daturus patrocinium. Inuocatur præſtaturus auxilium. Euocatur præbiturus obſequium. Illuuies ſordidum eſt. Ingluuies uentris. Illud quidem a lauando hoc ab ingluuiendo dictum. Torres lignum præuſtum. Torrens aqua prærupta decurrens. Commonemus præterita admonemus præſentia: monemus futura. Ne multas ſignificationes habet ut ne quærere doceri. Ne longa aduerbiũ prohibendi. ne breuis coniunctio diſiunctiua: ut eſt homines ne fere ne. Ne lõga coniunctio cauſalis ut ẽ ne tenus pluuiæ. & ne ſubeant herbe. Temeritas ſine cõſilio dicitur: audatia poſt cõſiliũ. Velocitus pedũ & corporũ: celeritas animorũ atq; factorũ. Gaudiũ animi atq; lætitia ẽ: exultatio mẽbrorũ atq; factorum. Vlcus eſt quod naſcitur uulnus qd' ab alio infertur. Viuũ de uincturo dicitur uiuẽtem de morituro. Naſcitur quod de utero decedit. E naſcitur quod de terra aut de aqua exurgit. Adducitur quis ad rem inhoneſtã: perducitur ad ſtudia deducitur ad honorẽ. Eluxit qui luctum deponis. Illuxit cum lumen apparuit. Nuntiatur de longinquo: denuntiatur de præſenti: adnuntiatur de futuro. Annũtiatur de excuſando & repudiando Cicero renuntiata eſt tota cõditio. Deportare deponere: adportare eſt aliquid afferre: comportare reunum locum conferre: exportare tollere. Temperantia eſt animorũ temperatio rerũ. Tẽperies uẽtorũ. Paſſim aliquid inueniri rerum de re corporali recte dicimus: affatim de re aliqua incorporali. Primum enim de inceſſu: illud de affatu dictum. Lepus arar eſt. Lepos iucũditas uoluptatis: unde & gratũ aliquid lepidum dicimus. Lepos eloqui. Recipimus aliquid differẽdum rogati ſuſcipimus noſtra ſponte: aſpicimus ſurſum: conſpicimus. Palam: reſpicimus: retro inſpicimus itus. Præterea præteriti temporis. Saluſtius nunq̃ hiſpanos præterea tale facinus facere audiui. Temporis futuri præterea haud ſuſpecteris. Eo uerbum primæ perſonæ: facit eo is it. eho aduerbium interrogantis eſt. Ter. eho parmeno noſti. eo etiam aduerbium loci ut ſi dicis eo redactus ſum: heu interictio dolentis eſt: eu laudantis. Ter. eu formio. heu aduerbium uocantis eu reſpõdentis. eo ẽ interictio iubẽtis uel hortãtis. Ter. eo puer curre ad bachidem. Limen ædium eſt: limes regionum. Arundo cãna eſt ab arunditate dicta. hirundo auis eſt: q̃ tignis adhæret hirudo ſanguiſuga dr̃. Spirare uiuentis eſt. Expirare mori. Pertinacia male rei. per-

ſeuerantia bonæ. Conſequimur ſtudio: obſequimur officio: perſequimur iniuria: ſubſequimur ordinem adſequimur uoto. Nihil aduerbium nihil nomen eſt: nemo enim momēti: nullus nihil dicitur. Genus familiæ gentem regionem recte dicimus. Lætamur de noſtris: gratulamur de alienis. Hoc gratificans lætitia Cicero dicit. Neq̃ iſtius hominis perditi ſubdita lætitia. q̃ huius hominis ampliſſimi noua gratulatio diuitiis eum commouebat. Herbulum locum dicimus in quo herba eſt. & ſi aridus eſſe conſueuerit. Herboſum qui herbam facile generat: etiam ſi ad tempus aridus ſit. Sic aquati cum potionem recte dicimus quæ aquam aliunde recipit. Aquoſum locū quod ex ſe aquā fundat. Ita & meritā potiōem meroſum: aut uinū appellamus. Attollit aggerat ſcribendū eſt: in compoſitione. n. ad præpoſitio accuſatiui caſus corripitur cū ſeruire loqualis incipit quādo ea muta ſequitur: integra aūt permanet quādo ſemiuocalis ut adficit adripit: huius rei ratio reddēda eſt. Vocales oīs uocis pricipes ſunt: & dominæ litterarū: quæ ſint uniuerſa fortiora naturaliter faciunt: ſubiecta & adiecta ſibi protegūt: æqualia aūt & reſiſtētia ellidūt. Nā quomodo nōnunq̃ inte ſe colliſſa frāgūtur interdū & ſinaliphā faciunt. Ita cōlonantes ſibi creditas conſeruant: quarū uirtutē neceſſe ē: ut ſemiuocales imitatæ uicinas ſibi mutas tueantur. Quæritur ab aliquātis quid diſtat inter ſuper: & ſupra: & ſubter: & ſubtus: ſuper eſt quod eminet: ſupra quod ſubſtratū aliquid habet. Itē ſubter eſt quod re aliqua ſupiore præmitur: & cōculcatur: ſubtus eſt qđ demiſſū altius non contingitur. Sinum dicimus exterius ſumate ue receptaculum. Gremium ueſtis receptaculum interius iacens ſecretum. Vir. Pandentemq; ſinum: & tota ueſte uocantem. Ceruleum ingremium. gremium aūt dicitur a contrario: ab ingreſſu difficili: ſimilia procedūt: ſicut adytū & penum & penetrabile eo q̃ adiri & penetrari raro ſoleant. Largitas humanitatis eſt largio ambitionis. Craſſari in corporeis eſt & ſanguineis. Graſſari autem animi: aut crudelitatis: Album natura tantum eſt. Candidum de ſtudio. Nam & corpori & animo aliquotiens aſſignatur. Albos ergo capillos. Carmen candidum recte dicimus. Muliebre dicimus a muliere aliquid factum. Mulierarium per mulieres ordinatum & per uiros geſtum. Iuuentus ipſa hominis æſtas & iuuenta ipſa dea ut græce dicitur aut poetice: iunonis aut uxorher culus aqua iunium menſem appellatum in libris priſcorum legimus. Delictum peccatum aliquando dicimus. Delectum militiæ: aut alicuius rei examinis delectionem appellamus. Nam diligi affectionis eſt: deligi iudicii eſt. Inter commodatum & mutuatum non nihil diſtat. Cōmodamus amico pro tempore equum ſeruum ueſtem hanc ipſam rem quam dedimus recepturi. Mutuo damus pecuniam: triticum: uinum & his ſimilia: quæ mutuo data recipi neceſſe non eſt. Ligat quis uinculo: legat teſtamento. Loqui eſt hominis: obliqui eſt obtrectatoris: ſicut obicit opponit. Adloqui ſuadentis eſt: uel hortantis: uel blandientis: eloqui oratoris. Percuſſum corpore dicimus: perculſſum animo. Cicero de ſignis tanquam illa face perculſus eſſe. Effertur qui portatur: & efferunt qui laudando extollunt. Idem Cicero nimium hæc illi fortaſſe efferunt. Diſcrimen ad periculum pertinet & id experimentum. Indigenes homines dicuntur: indigetes dii. Idem indigetes unde geniti dii. Circumpedes ſunt obſequia ſeruorum: ante pede amicorum. Inſcita arbor eſt cui inſciſſæ alienum germen includitur. Ad ſcita cui incolumi aliquid ſuſtineat adiungitur. Horatius quia populus ad ſcita ſurgit: quippe quæ uitibus maritantur. Fremor eſt rumor hominum fremitus ferarum. Flauū dicimus rubeum ſicut flaua ceres. Furuum nigrum furuæ reginæ proſerpinæ: fuluum rubeum & nigrum: furmum ſuperbum: fuluum leonem: & fuluam aquilam: & fuluum aureum ut fulua pugnas nube tuentem: quæ haberet igneum de celeſti & ſordidum de lugubri. Aut certe de ænea iracundiam de turno Triſtitiam. Fuluum certe aurum cui ad decorē ſplendoris ſui ingeniti aliquid addatur. Poſtulatur aliquid de honeſtate poſcitur improbe. Cicero in frumentaria incipiunt poſtulare poſcere minia. Aluus uirorum recte dicitur. Vterus mulierum. Venter utroq; modo. Suplicia de tormentis dicimus & precibus diuinis.

PDONATI VIRI CLARISSIMI DE OCTO PARTIBVS ORATIONIS EDITIO SECVNDA.

Arteſ orationis ſunt octo. Nomem: Pronomen: Verbum: Aduerbium: Participiũ: Coniunctio: Præpoſitio: Interiectio. Ex his duæ ſunt principales partes orationis: Nomen & uerbum. Latini articulum non adnumerant. Græci interiectiõem. Multi plures: multi pauciores: partes orationis putant. Verum ex his tres ſunt quæ ſex caſibus inflectuntur. nomen pronomen & participium.

De Nomine.

NOmen eſt pars oratiõis cũ caſu: corporis aut rẽ proprie cõmuniter ue ſignificãs. proprie ut Roma: tyberis cõmuniter ut urbs & flumẽ. Nomini accidunt ſex. qualitas. cõparatio: genus: numerus: figura: caſus. Nomẽ unius nõis appellatio multarũ uocabulũ rerũ ẽ. Sed mõ nõia generaliter dicim⁹. Qualitas nõium bipˀtita ẽ. Aut. n. ꝑpria ſũt nõia aut appellatiua. Propriorũ nõium ſecũdũ latinos quattuor ſũt ſpẽs. Prænomẽ: nomẽ: cognomẽ: & agnomẽ. ut. P. Corneli⁹ Scipio affrican⁹. Oĩa prænõia aut ſingulis litteris notãẗ. ut. C. Cæſar. L. Catilina aut binis. ut. Cn. Põpeius aut ternis ut ſex Roſus. Appellatiuorũ nõium multæ ſunt ſpẽs. Alia. n. ſunt corporalia ut hõ: terra: mare. Alia incorporalia ut pietas iuſticia: dignitas. Alia ſunt primæ poſitionis ut mõs: ſchola. Alia deriuatiua ut mõtanus ſcholaſticus. alia diminutiua ut monticulus ſcholaſticuluſ. Diminutiuorũ nõium tres ſunt gradus quorũ forma quo magis minuiẗ creſcit ſæpe numerus ſyllabarũ. Sũt etiã quaſi diminutiua quorũ origo nõ cernitur: ut fabula: macula: tabula: uinculũ. Et ſunt nõia tota græce declinatiõis ut temeſco: caliпſo: pan. Sũt tota cõuerſa in latinã regulã ut polydeus: polux: odyſſeus: ulyſſes. Sũt in græcã latinãq; formãq; notha. appellantur ut achilles: agamẽnõ. ſũt alia Omonima q̃ una appellatiõe plura ſignificat ut nepos: acies: ries. ſũt ẽt alia ſimonina uel polionima ut terra: humus: tellus: enſis: mucro: gladius: alia patronymica ut pelides: atrides. Hæc & ab auis & a patribꝰ ſepæ fiunt in hiſ q̃ græca ſunt ſiue maſculina ſiue fœminina fuerint græcã magis ſeruabimus regulã. alia horũ maſculina aut in des exeũt ut atrideſ ab atreo: aut in ius ut peleius: a peleo. aut in ion ut nerion a Nereo. fœminina aũt aut in is exeũt ut atreis: aut in as ut pelias: aut in e ut nerine. ſũt alia thethica. ideſt poſſeſſiua q̃ in ius exeunt ut euãdriuſ enſis. agamẽnoniæ mycenæ. Et alia mediæ ſignificatõis & adiectiua nõibꝰ ut magnus: fortis: dicimus. n. magnus uir fortis exercitus. Hæc etiã epitheta dicuntur. alia qualitatis ut bonus malus. alia quãtitatis ut paruus magnus. alia gẽtis ut græcus hiſpanus. alia patriæ ut thebanus: romanus. alia numeri ut unus: duo. alia ordinis ut primus ſecũdus. ſed primus de multiſ de duobus prior dicitur. ſicut de duobus alterũ dicimus. Ita de multis aliũ. ſunt alia ad aliqd dicta ut pater: frater ſunt alia ad aliqd quodã mõ ſe hẽntia ut dexter ſiniſter. Hæc & cõparatiuũ gradũ admittũt: nõ deſtrior & ſiniſtrior ſed deſterior & ſiniſterior. ſũt alia generalia ut corp⁹ animal. alia ſpecialia ut lapis hõ: lignũ. alia facta de uerbo ut dictor: factor: lector. alia ſimilia participiis: ut demẽs: ſapiens: potens. alia uerbis ſimilia ut comedo: palpo: contemplator. ſpeculator.

De Comparatiuo.

COmpatiõis gradus ſũt tres. Poſitiuus. Cõparatiuus. ſuperlatiuus. Poſitiuus ut fortis. Cõparatiuus ut fortior. ſuplatiuus ut fortiſſimus. ſed cõparatiuuſ gradus generis ẽ ſemp cõis. cõparãtur aũt nomina q̃ aut qualitatẽ aut quãtitatẽ ſignificãt. ſed nõ omnia nomina p oẽs gradus exeũt. aliquãdo. n. poſitiuus tantũ inuenitur ut mediocris. aliquando poſitiuus & cõparatiuus: ut ſenex ſenior. Iuuẽis iunior p ſyncopã. aliquãdo poſitiu⁹ & ſuplatiu⁹ ut pius piiſſimus. Nã ꝑ ſecũdo gradu magis aduerbiũ põitur: ut magis pius. aliquando cõpatatiuus

& ſuperlatiuus ut ulterior ultimus. Aliquãdo ſuperlatiuus tantum ut nouiſſimus. Extra hãc formã ſunt ut bonus & malus & magnus. Dicimꝰ enĩ bonus melior optimus. malus peior peſſimus. Magnus maior maximꝰ. Cõperatio nominũ ꝓprie in cõpatiuo & ſuplatiuo gradu eſt cõſtituta. Nã poſitiuꝰ ꝑfectus & abſolutꝰ eſt. Sæpe aũt cõparatiuus gradus ꝓpõitur ſuplatiuo: ut ſtultior ſtultiſſimo: & maior maximo. Sæpe minꝰ poſitiuo ſignificat quãuis recipiat cõpatiõẽ ut mare põticũ dulciꝰ quã cætera. Sæpe idẽ ꝓpoſitiuo poſitus minꝰ a poſitiuo ſignificat quãuis recipiat cõpatione & nulli cõpatur. Vt iã ſenior ſed cruda deo uiridiſq; ſenectus. Sũt noĩa ſignificatõe diminutiua ĩtellectu cõpatiua ut grãdiuſculus: minuſculus: mauſculus. Cõpatiuo & ſuplatiuo tã aut minꝰ aut mĩme: aut magis aut maxime addici non oportet. Adiciuntur ãt poſiuo tãtũ. Dicimꝰ. n. tã bonus tã malus minꝰ bonꝰ minus malus: minime bonꝰ minime malus: magis bonꝰ magis malus: maxime bonꝰ maxiẽ malus. Cõpatiuus gradus abltõ caſui adiũgit̃ utriuſq; numeri. Sed tũ hoc utimur cũ aliquẽ: uel alieno uel ſuo generi cõparamus. Vt hector fortior Diomede: uel audatior troianis fuit. Dicimus aũt fortior hic quã ille. Suplatiuus aũt genitiuo tãtum plurali adiũgitur. Sed tũc hoc utimur cũ aliquem ſuo generi cõparamus ut hector fortiſſimus troianorum fuit. Plærumq; ſuperlatiuus propoſitiuo ponitur & nulli cõparatur: ut Iuppiter optimus maximus. Interdum comparatiuus nominatiuo adiũgitur doctior hic quam ille.

GEnera nominũ ſunt quatuor. Maſculinũ fœmininũ neutrũ cõmune. Maſculinũ eſt cui numero ſingulari caſu nominatiuo ꝓnomẽ uel articulus præponitur hic: ut hic magiſter. Fœmininũ ẽ cui numero ſingulari caſu ntõ ꝓnomẽ uel articulus ꝓponit̃ hæc ut hæc muſa. Neutrũ eſt cui nũero ſingulari caſu ntõ ꝓnomen uel articulꝰ præpõit̃ hoc ut hoc ſcãnũ. Cõe ẽ qd̃ ſimul maſculinũ fœminũq; ſignificat ut hic & hæc ſacerdos: ſed ex his uel prĩcipalia uel ſola gña duo ſũt maſculinũ & fœminũ. Nã neutrũ & cõe de utroq; naſcũtur. Eſt & triũ geneꝝ cõe qd̃ oẽ dicit̃: ut hic & hæc & hoc fœlix. Eſt epicœnon. ideſt ꝓmiſcuũ qd̃ ſub una ſignificatiõe marẽ ac fœminã cõprehẽdit: ut paſer & aqla. Sũt ꝑterea alia ſono maſculina ĩtellectu fœmina ut eunuchꝰ comœdie horeſtis tragœdia: cẽtaurꝰ nauis. Alia ſono fœmina ĩtellectu maſculina. Vt feneſtella ſcriptor aqla orator: Alia ſono neutra ĩtellectu fœminina: ut phroneſiũ glyceriũ ſophroniũ. quæ mulieres ſũt. Alia ſono fœmina ĩtellectu neutra ut poema ſchema. Alia ſono maſculina itellectu neutra ut pelagꝰ uulgꝰ. Sũt ꝑterea noĩa ĩ ſingulari nũero alterĩꝰ gñis & alterĩꝰ ĩ plurali: ut balneũ tartarꝰ cælũ porrũ cepe loca fori nauiũ. Sũt itẽ noĩa ĩcerti generis ĩter maſculinũ & fœmininũ ut cortex radix ſilex finis ſtirps pinus pampinus dies. Sũt incerti generis inter maſculinũ & neutrũ. ut frenus clipeus uulgus ſpecus. Sũt noĩa incerti generis ĩter fœmininũ & neutrũ ut buxus pyrus pinus malus. Sed neutro genere fructũ fœminino ipſas arbores ſæpe dicimꝰ. Sũt etiã genera nominũ fixa. ſũt mobilia. Fixa ſũt quæ in alterũ genus flexi nõ poſſunt: ut pater: mater frater ſoror. Mobilia aut propria ſunt & duo genera ex ſe faciunt: ut caius caia. Martius martia. Aut appellatiua ſunt & tria genera faciunt: ut bonus bona bonum: malus mala malum. Sunt itẽ alia nec in totũ fixa nec in totũ mobilia. ut draco dracæna leo lena: gallus gallina: rex regina. Sunt diminutiua quæ non ſeruant genera quæ ex nominibus primæ poſitionis acceperunt ut ſcutum ſcutella: piſtrinum piſtrilla canilla. rana ranunculus ſtatua ſtatunculus. Nomen in a. uocalem deſinẽs nominatiuo caſu numero ſingulari aut maſculinum eſt ut agrippa aut fœmininum ut martia aut neutrũ ut toreuma: ſed tamẽ græcũ eſt: aut cõmune ut aduena. Aut epicœnõ ut aquila. Nomẽ in. e. uocalẽ deſinẽs nominatiuo caſu numero ſingulari aut fœmininum græcũ eſt ut euterpe aut neutrũ ut ſedile. Nomẽ in. i. uocalẽ deſinens nominatiuo caſu numero ſingulari aut neutrũ græcũ eſt ut gũmi. ſynapi. Aut trium generũ & aptoton ut frugi. nihili. Nomen in. o. uocalem deſinens nominatiuo caſu numero ſingulari:

aut maſculinũ eſt ut Scipio. Aut fœmininum ut Iuno: aut cõe ut homo. Nomẽ in.u. uoca/
lẽ deſinẽs ntõ caſu numero ſingulari tãtum neutrum eſt: ut cornu genu gelu ueru. Sed hæc
noĩa & quæ in cõſonãtes deſinũt diuerſas regulas & multiplices habẽt. Numeri ſũt duo
ſingularis & pluralis. Singularis ut hic ſapiẽs. Pluralis ut hi ſapiẽtes. eſt & dualis numerus
qui ſingulariter enũciari nõ poteſt ut hi ambo & hi duo. Sũt etiã nomina numero cõmunia
ut res nubes dies. Sunt ſemp ſingularia generis maſculini ut puluis ſanguis. Sunt ſemp plu/
ralia ut manes. q̃rites. Sũt ſemp ſingularia generis fœminini: ut pax lux. Sũt ſemp pluralia:
ut Klendæ nũdinæ feriæ quadrigæ nuptiæ ſcala ſcopæ. Sũt ſemp ſingularia generis neutri:
ut pus uir9 auꝝ argẽtũ oleũ ferrũ triticũ: hæc & feræ cætera quæ ad mẽſurã põduſue referũ
tur: quãquã multa cõſuetudine uſurpata ſũt: ut uina mella ordea. Sũt ſemper pluralia eiuſ/
dem generis ut arma menia floralia: ſaturnalia. Sũt quædã poſitiõe ſingularia. ĩtellectu plu/
ralia ut populus cõuẽtus cõtio plæbs multitudo. Sũt quædã poſitione pluralia ĩtellectu ſin/
gularia ut athenæ cumæ thebæ mycenæ. Figuræ nominib9 accidũt duæ. ſimplex & com
poſita. Simplex ut doctus prudẽs. Cõpoſita ut indoctus ĩprudẽs. Cõponũtur autẽ noĩa
modis quatuor ex duob9 ĩtegris ut ſuburbanus: ex duobus corruptis ut efficax municeps ex
ĩtegro & corrupto ut inept9 ĩſulſus ex corrupto & ĩtegro pĩnipotẽs nugigerulus. Cõponũ/
tur etiã ex pluribus ut inexpugnabilis ĩperitus. In declinatõe cõpoſitoꝝ nominũ animaduer/
tere debemus qđ ea quæ ex duob9 nominatiuis cõpoſita fuerint p oẽs caſus ex utraq; parte
declinari poſſũt ut eques romanus. prætor urbanus. Q uæ ex nomĩatiuo & ex quolibet alio
caſu cõpoſita fuerint ea pte declinari tãtum qua fuerit nominatiuus caſus ut præfectus equi
tum. Senatus cõſultũ. prouidẽdũ eſt autem ne ea nomina cõponamus quæ aut cõpoſita ſũt
aut cõponi omnino nõ poſſũt. Caſus nominũ ſunt ſex nominatiuus: genitiuus datiu9 ac
cuſatiuus uocatiuus & ablatiuus. Ex his duo recti appellant̃ nominatiuus & uocatiu9. Re
liqui aũt obliqui ablatiuũ græci nõ habẽt. hunc quidã ſeptimũ nõnulli ſextũ caſũ appellãt.
Eſt aũt nominatiuus ut hic Cato. genitiuus hui9 Catonis datiu9 huic catoni: accuſatiu9 hũc
catonẽ: uocatiuus. o. cato ablatiuus ab hoc catone. Q uidã etiã adſumũt ſeptimũ caſũ qui ẽ
ablatiuo ſimilis: ſed ſine ꝓpoſitione. ab ut ſit ablatiuus caſus ab oratore uenio: ſeptim9 caſus
oratore magiſtro utor. Sũt aũt formæ caſuales ſex: ex qbus ſũt nomina. Alia monoptota alia
diptota alia triptota: alia tetroptota: alia pẽtaptota: alia hexaptota. Sũt præterea hæc aptota
quæ neq; per caſus neq; per numeros declinantur: ut frugi nihili nequã fas nefas nugas. In
qua forma ſunt etiã nõmina numeroꝝ a quatuor uſq; ad centum. Nam ab uno uſq; ad tres
per omnes caſus numeri declinãtur. Item a ducentis & deinceps præter mille. Sunt & nomi/
na quorum nominatiuus in uſu nõ eſt: ut ſi quis dicat hunc laterem ab hac dictione. Item
per cæteros caſus nomina multa deficiũt ut ſponte tabo. Sunt præterea nomina quorũ alia
genitiuum caſum trahũt ut ignarus belli ſecurus armorum. Alia datiuum ut inimicus ma/
lis congruus paribus. Alia accuſatiuum: ſed figuratæ ut exoſus bella: præſcius futura: Alia
Ablatiuum ut ſecũdus a romulo altera ſylla. Alia ſeptimum caſum: ut dignus munere ma/
ctus uirtute. Omnia nomina ablatiuo caſu numero ſingulari quinque litteris uocalibus
terminantur: ſed ea dumtaxat quæ nõ ſunt aptota. In illis enim regula non tenetur. Q uæcũ
que nomina ablatiuo caſu ſingulari a littera fuerint terminata genitiuum pluralem in rum.
ſyllabam mittunt datiuum & ablatiuum in is: ut ab hac muſa: harum muſarum his: & ab
his muſis. Neceſſe eſt autẽ contra hanc regulam: ut declinentur ea nomina in quibus gene
ra diſcernenda ſunt ut ab hac dea: harum dearum. his & ab his deabus. ne ſi diis dixerimus
deos non deas ſignificare uideantur. Q uæcunq; nomina ablatiuo as ſingulari. e. littera cor
repta fuerint terminata genitiuum pluralem in. um. ſyllabam mittunt: datiuum & ablati//
uum in. bus. ut ab hoc pariete: horum parietum: his & his parietibus. Contra hanc
regulam inuenimus: ut ab hoc uaſe: horum uaſorum: his & ab his uaſis. Si uero. e. produ/

cta fuerint terminata genitiuum pluralem in.rum. Syllabam mittũt.datiuum & ablatiuũ in bus ut ab hac re harum rerum: his & ab his rebus. Sed hæc regula ꝓpriæ fœminini generis putatur. Quæcũq; nomina ablatiuo caſu ſingulari.i.littera fuerint termiata genitiuũ pluralem in.ium.mittunt: datiuum & ablatiuũ in bus: ut ab hac puppi. harum puppium: his & ab his puppibus. huiuſmodi nomina.caſum accuſatiuũ pluralem propter differentiam melius in.is.quã in.es.ſyllabam terminant: ut ab has puppis nauis: clauis: quia puppim: nauim: clauim: & nõ puppem: nauem clauem. Eorum aũt nominum quæ genitiuo caſu plurali in.ium.ſyllabam exire poſſunt trina regula eſt. Prima eorum eſt quæ nominatiuo caſu ſingulari.n. &.s.litteris terminantur: ut mons montiũ. Altera eoꝝ quæ ablatiuo caſu ſingulari.e.correpta finiunt & fœminina ſunt: ut ab hac clade haꝝ cladium his & ab his cladibus: & ab hac cæde: harũ cædium his & ab his cædibus. Tertia eorũ quæ ablatiuo caſu ſingulari.i.littera terminantur ut ab hac reſti. harum reſtium his & ab his reſtibus. Sed hæc regula etiam accuſatiuũ ſingularem interdum per.im.ſyllabam terminat ut hãc reſtim & hanc pupim. horũ multa cernimus conſuetudine commutata. Quæcunq; nomina ablatiuo caſu ſingulari.o.littera fuerint terminata genitiuũ pluralem in.rum.ſyllabam mittunt: datiuũ & ablatiuum in.is.ut ab hoc docto horum doctorũ: his & ab his doctis. Cõtra hãc regulam inuenimus.ut ab hac domo harum domoꝝ his & ab his domibus: & ab hoc iugero horũ iugerorũ.his & ab his iugeribus. Sed ſcire debemus: multa quidẽ ueteres aliter declinaſſe: ut ab hac domu: harum domuum: his & ab his domibus. & ab hoc iugere: hoꝝ iugerũ his & ab his iugeribus. Verum meminerimus euphoniam in dictionibꝰ plus interdum ualere quã analogiam: & regulam præceptorũ. Quæcunq; nomina ablatiuo caſu ſingulari.u.littera fuerint terminata genitiuũ pluralem in um.ſyllabam mittunt gemina.u.littera datiuum & ablatiuum in bus ut ab hoc fluctu. horum fluctuũ his & ab his fluctibus. Nam nihil neceſſe eſt retinere.u.litteram & fluctibus dicere: cũ artibus neceſſitate dicamꝰ: ne quis nos artes non artus ſignificare uelle exiſtimet: In hanc regulam nõ ueniunt: ut dictũ eſt; aptota nomina: ut fas: neſas: nequam: nihil. Non ueniunt tantũ pluralia ut ſaturnalia: uulcanalia: compitalia: Non ueniũt quæ a græcis ſũpſimus: ut emblema: epigrãma. Schema: poema: ſtẽma. Nã huius formæ nomina ueteres etiã fœminino genere declinabant: In his regulis Analogia uel ex collatione poſitorũ nominũ: uel ex diminutiõe cognoſcit᷑. Meminerimus hæc græca nomina ad græcam formã melius declinari: & ſi illa nonnulli ad latinos caſus conantur inflectere. Duodecim aũt litteris oĩa nomina latina caſu nominatiuo nũero ſingulari terminant᷑ uocalibus.quinq;.a.e.i.o.u. Semiuocalibꝰ ſex.l.m.n.r.s.x. Muta una.t. A.ut.tabula.e.ut ſedile.i.ut frugi.o.ut ratio.u.ut genu.l.ut mel.m.ut ſcamnũ.n.ut flumen.r.ut arbor.s.ut flos.x.ut nox.t.ut caput.quidã adiiciunt.c.ut lac & allec.

De Pronomine.

PRonomen eſt pars orationis quæ pronomine poſita tantumdem pene ſignificat perſonamq; interdum recipit. Prõnomini accidunt ſex Qualitates: Genus: Numerus: figura: Perſona: & Caſus. Qualitas ꝓnominũ duplex ẽ: aut enim finita ſunt ꝓnomina: aut infinita. Finita ſunt quæ recipiũt ꝑſonas. ut ego tu ille. Infinita ſunt quæ nõ recipiunt ꝑſonas: ut qs: quæ: quot. Sunt ẽt pronomina minus quã finita ut ipſe iſte. Sũt præpoſitiua ut qs: hic. Sũt ſubiectiua ut is: idẽ. Sunt alia gẽtis ut cuias: noſtras: cuiatis: noſtratis. Alia ordinis ut quotus: totus. Alia numeri ut quot.tot. Alia ad aliqd dicta ĩfinita quæ nec perſonã nec locũ nec tẽpus deſignãt ut cuius: cuia: cuiũ: Alia ad aliquid dicta finita: ut meus.tuus: ſuus: hæc etiã poſſeſſiua dicũtur. Sũt item alia qualitatis: ut qualis talis: Alia quantiatis.ut quãtus: tantus. Sunt alia demonſtratiua: quæ rem præſentem notant: ut hic hæc hoc.alia relatiua quæ rem abſentem ſignificant.ut is: ea: id; Sunt alia magis demonſtratiua.ut eccum: eccam:

ellū. Genera ꝓnominibꝰ ita: ut oībus accidūt pene oīa: Maſculinum ut qs fœmininū ut
quæ: Neutrū ut quod: Cōmune ut qualis talis. Triū generū ut ego: tu ſui. Numerus acci-
dit ꝓnominibus uterq̃. Singularis ut iſte. Pluralis ut iſti. Sunt etiā numero cōmunia: ut q
quæ. dicimus enim qui uir & qui uiri quæ mulier & quæ mulieres. Sunt ꝓnomina tota ſin-
gularia ut meus: tuꝰ: ſuus. Sūt tota pluralia. ut noſtri ueſtri. Ex parte ſingularia: ut mei: tui
ex parte pluralia: ut noſter ueſter. Figura etiā in ꝓnominibus duplex eſt. Aut enim ſimpli
cia ſunt pronomina ut quis. Aut cōpoſita ut quiſquis: Nam compoſita pronomina ſecun
dum formā nominum ex ea parte declinantur. qua pronomen fuerit caſus nominatiui cuiꝰ
rei exempla ſunt hæc: quiſquis quiſnam: quiſpiam: aliquis: & cætera. Nam idem quod con
ſtat ex duobus corruptis: cū producitur maſculinū pronomē eſt: cum corripitur neutrum
hic correptum pronomen eſt: hic productum aduerbium loci. Perſonæ finitis pronomini
bus accidunt tres Prima ut ego. Secunda ut tu. Tertia ut ille. Sed prima perſona & ſecun-
da generis ſunt omnis & perſona prima in hoc pronomine cum eſt numeri ſingularis non
habet uocatiuum caſum pluralis uero habet. Caſus item pronominum ſex ſunt quem-
admodum nominum. Nominatiuus ut hic: Genitiuus ut huius: Datiuus ut huic: Ac-
cuſatiuus ut hunc: Vocatiuus ut o: ablatiuus ut ab hoc. Sunt pronomina: quæ non per om
nes caſus declinantur: ut eccū eccam ellum: cuius: cuia: cuium: cuiatis. noſtratis. Sūt etiā
alia ſine nominatiuo & uocatiuo ut ſui ſibi ſe a ſe: hæc etiā numeri ſūt cōmunis. Sunt item
ſine uocatiuo ut ego: mei: uel mis: mihi: me a me. Nullum aūt pronomen recipit cōparatio-
nem quāuis qualitatem aut quātitatem ſignificet. Inter pronomina & articulos hoc inter
eſt quod pronomina ea putantur: quæ cū ſola ſint uicem nominis cōplent: ut quis: ille: iſte.
Articuli uero cū pronominibus. aut nominibus aut participiis adiūgunt᷑ ut hic: huius:
huic: hunc. O. ab hoc. & pluraliter hi: horū: his hos: O. ab his. Hæc eadē ꝓnoīa & pro
articulis & ꝓ demōſtratiōe ponunt᷑ neuter: uter: unus: oīs: alter: alius: ullus: ambo: uterq̃
Sūt qui nomina: ſūt qui ꝓnomina exiſtimāt. Ideo quod Articulis in declinatiōe nō indiget.

De Verbo.

VErbum eſt pars orationis cum tempore & perſona ſine caſu: aut agere aliquid
aut pati: aut neutrum ſignificans. Verbo accidunt ſeptem: Qualitas: Con-
iugatio: Genus: Numerus. Figura: Tempus: Perſōa: Qualitas Verbo
rum in modis & formis eſt. Modi autem ſunt: ut multi exiſtimant: ſeptem.
Indiicatiuus qui & pronunciatiuus dicitur: ut lego. Imperatiuus ut lege:
Promiſſiuꝰ: ut legam. Sed nos hūc modum nō accipimus. Optatiuus ut uti
nam legerem: Subiunctiuus ut cū legam. Infinitiuus: ut legere. Imperſonalis ut legitur.
Sed hunc modum quidam pro genere ac ſignificatione uerbi accipiunt. Cuius uerba aut in
tur: exeunt: aut in it: aut in: et. Sed quæ in tur & in it: exeunt hæc ab indicatiuo oriūtur: ut
lego legitur. contingo: contingit. quæ autem in. et exeunt duas formas habēt. Alia enim ab
indicatiuo ueniunt. ut miſeror miſeret. Alia a ſe oriuntur: ut pudet: tedet: Pœnitet: libet:
quamuis ueteres dixerint pudeo: pœniteo: & tedo: Qualitas uerborum etiam in formis
eſt conſtituta quas formas allii uerborum generibus ideſt ſignificationibus admiſcent.

Formæ igitur quattuor ſunt: perfecta: Meditatiua: Inchoatiua Frequentatiua.
Nam & in his græca latina deficit. Perfecta. ut lego. Meditatiua: ut lecturio. Frequen-
tatiua: ut lectio. Inchoatiua ut feruescho caleſco. Sed frequentatiua uerba ſemper pri-
mæ coniugationis ſunt. Inchoatiua non per omnia tempora declinantur: quia quæ in-
choantur præteritum tempus non habent & oriuntur a neutralibus uerbis. Sunt eti-
am frequentatiua de nomine uenientia. ut patrizat. græcizat. Sunt quaſi diminuti-
ua quæ a perfecta forma ueniunt. ut ſorbillo. ſugillo. Sunt ſine origine perfectæ for-
mæ. ut pitiſſo uacillo. & frequentatiua ſæpe in tres gradus deducunt uerbum. ut cur-

ro.curſo:curſito. Sæpe in duos tantum:ut uolo uolito. Sunt uerba inchoatiuis ſimi-lia.quæ inchoatiua non eſſe temporum conſideratione dignoſcimus:ut cõpeſco.cõpeſcui: Sunt item alia ĩchoatiua quæ a perfecta forma ueniunt.ut horreo horreſco.Sunt quæ origi nem ſui nõ habent:ut conſueſco quieſco. Coniugationes uerbis accidunt tres. Prima Secunda Tertia. Prima eſt quæ indicatiuo modo tempore præſenti numero ſingulari.Se cunda perſona uerbo actiuo & neutrali.a productam habet ante nouiſſimam litteram:paſ-ſiuo cõmuni & deponenti ante nouiſſimam ſyllabam:ut uoco uocas:uocor uocaris:& futu rum tempus eiuſdem modi in bo:& in bor ſyllabam mittit ut uoco uocabo uocor uocabor.

Secũda eſt quæ indicatiuo modo tempore præſẽti numero ſingulari:ſecũda perſona uer bo actiuo & neutrali.e.pductam habet ante nouiſſimam litterã paſſiuo cõmuni & deponẽ ti ante nouiſſimam ſyllabam:ut moneo mones moneor moneris:& futurum tempus eiuſ-dem modi in bo:& in bor ſyllabã mittit.ut moneo monebo moneor monebor. Tertia eſt quæ indicatiuo modo tempore præſenti numero ſingulari ſecunda perſona uerbo actiuo & neutrali.i.litteram interdum correptam interdum productã habet ante nouiſſimam litterã paſſiuo cõmuni & deponenti.e.correptam uel.i.productã habet ante nouiſſimam ſyllabã: ut lego legis:& legor legeris:audio audis:& audior audiris:& futurum tempus eiuſdẽ mo di in am:& in ar:ſyllabam mittit:ut lego legam:legor legar:audio audiam:audior audiar. Eſt altera ſpecies tertiæ cõiugationis quæ.i.producta ennunciatur:hanc nonnulli quartam eſſe cõiugationem putant.quod futurum tempus eiuſdem modi in am & in ar in bo & ĩ bor ſyllabam mittit ut Seruio ſeruis ſeruiam ſeruibo. Vincio uincis uinciam uincibo. Vin-cior uinciris uinciar uincibor. Quod quidam refutantes negãt iu bo & in bor:rite exire poſ ſe tertiam cõiugationem:niſi in eo uerbo quod in prima perſona indicatiui modi temporis p̃ ſentis numeri ſingularis.e.ante.o.habuerit:ut eo queo eam queam:ibo quibo:& paſſiuo q̃-or quear:quibor & ſi qua ſunt ſimilia. Genera uerborum quæ ab aliis ſignificationes dicũ tur ſunt quinq̧. Actiua paſſiua neutra communia deponentia. Actiua ſunt quæ.o.littera terminãtur & accepta.r.littera faciunt ex ſe paſſiua:ut lego legor. Paſſiua ſunt quæ.r.lit-tera terminantur:& ea amiſſa reddeunt in actiua:ut legor lego. Neutra ſunt quæ.o. litte ra terminantur & accepta.r.littera latina non ſunt:ut ſto curro. Sunt etiam neutra quæ .i.littera terminantur:ut odi noui cœpi memini.Sunt item quæ in um.ſyllabam deſinũt: ut ſum proſum obſum.Sunt item quæ in.t.litteram exeunt & imperſonalia dicuntur: ut pu-det tedet pœnitet libet oportet. Sed hæc & ſimilia defectiua exiſtimanda ſunt. Sunt præterea neutro paſſiua ut gaudeo gauiſus ſum.Soleo ſolitus ſum.Audeo auſus ſum. Fio factus ſum.Fido fiſus ſum. Deponentia ſunt quæ.r.littera terminantur & ea amiſſa lati-na non ſunt:ut couuitior collector. Communia ſunt quæ.r.littera terminantur & in du as formas cadunt:patientis & agentis:ut ſcrutor criminor:dicimus enim ſcrutor te & ſcru-tor a te.criminor te.& criminor a te.Sunt uerba extra hanc regulam:quæ inæqualia dicun-tur ut ſoleo facio fio fido audeo gaudeo:ueſcor fero medeor edo pando mando nolo uolo malo eo.Sunt quæ declinari rite non poſſunt:ut cedo aue ſalue faxo faxis:infit inquam quæ ſo aio. Sunt item monoſyllaba quæ etiam extra regulam ſola ſunt producta:ut ſto do flo.no. Sunt uerba incertæ ſignificationis:ut Tundeo Labo Fabrico Punio. Munio: Patior Munero Populor:Aſſentior Adulor Luctor arguor: Hæc enim omnia uerba & in.o.um.in.r.litteras finiuntur:& his uerbis tempora participiorum accidunt pene omnia.

Sunt item uerba quæ componere poſſumus ut pono traho repono retraho. Sunt quæ non poſſunt:ut aio quæſo. Numeri uerbis accidunt duo: ſingularis & pluralis.

Singularis ut lego. Pluralis ut legimus. Item ſecundum quoſdam dualis ut legere.

Figuræ uerborum duæ ſunt:aut enim ſimplicia ſunt uerba ut ſcribo:aut cõpoſita ut de-ſcribo. Cõponunt̃ etiã uerba quatuor modis:ſicut & cæteræ ptes orationis: ex duobus

corruptis:ut officio:ex duobꝰ itegris:ut obduco ex corrupto & itegro ut aligo ex integro & corrupto:ut defingo. Sūt uerba cōpoſita quæ ſimplicia fieri poſſūt.ut repono diſtraho: ſūt quæ nō poſſūt:ut ſuſpicio cōpleo. Tēpora uerbis accidūt tria præſens præteritū & futurꝫ. Præſens ut lego p̄teritū ut legi futurū ut legā. Præteriti tēporis differētiæ ſūt tres: ipfecta pfecta pluſquāperfecta. Impfecta ut legebā: perfecta ut legi: pluſquāperfecta ut legerā. Ergo in declinatione uerboꝝ quinqꝫ tēpora numeramus: præſens præteritū iperfectū præteritū perfectū: præteritūpluſquāperfectū & futurū. Perſonæ uerbis accidūt tres: prima ſecūda tertia. Prima eſt quæ dicit ut lego. Secūda cui dicit: ut legis. Tertia de qua dicit ut legit: ſed prima pſona nō idiget caſu ſe admittit plærūqꝫ nominatiuū ut uerberor inocēs: liber ſeruio. Secūda pſona trahit caſū uocatiuū ut uerberaris innocēs ſeruis liber. Tertia trahit nominatiuū: ut uerberat innocēs & ſeruit libet. Quinetiā uerba ipersonalia quæ in tur exeūt caſui ſeruiūt datiuo & ablatiuo: ut gerit a me a te ab illo: dicitur mihi tibi illi. Quæ uero in it exeūt caſui ſeruiūt datiuo ut cōtigit mihi tibi illi. Quæ uero i et exūt ea mō datiuo mō accuſatiuo caſui ſeruiūt: datiuo ut libet mihi tibi illi. Accuſatiuo ut decet me te illū. Sūt uerba p̄terea quoqꝫ alia genitiui caſus formulā ſeruāt ut miſereor mei tui ſui. Alia datiui ut maledico tibi ſuadeo illi. Alia accuſatiui ut accuſo illū. Inuoco illū. Alia ablatiui ut diſcedo ab illo: auertor ab illo. Alia ſeptimi caſus ut fruor agro potior auro. Omnia uerba modi idicatiui tēporis p̄ntis numeri ſingularis priæ pſoæ aut.e.aut.i.aut.u.ante.o.habent. Si autē uocalē ante o.litterā nō habuerint exceptis.f.&.K.&.q. cæteras oēs latinas cōſonātes recipiūt.e.ut fedeo.i.ut latino.u.ut ruo.b.& bibo.c.ut uoco.d.ut uado.g.ut ago:h.ut traho.l.ut ipello.m. ut amo.n.ut cano.p.ut ſcalpo.r.ut curro.s.ut laſſo.t.ut peto.x.ut texto: his accidunt.i.& u.pro cōſonātibꝰ ut aio adiuuo. Nā triūpho p.p.&.h.ſcribitur. K.o.litteræ nō præponitur. Item.q.ſine.u.præferri.o.litteræ nō poteſt. Sūt uerba defectiua alia per modos ut cedo. Alia p formas ut faceſſo. Alia p cōiugationes ut adſū. Alia p genera ut gaudeo. Alia p numeros ut faxo. Alia per figuras ut impleo. Alia per tēpora ut fero. Alia p pſonas ut cedo faceſſo adſum ſoleo faxo impleo fero edo. Verba quoqꝫ ipersonalia cū per oēs modos declinari poſſint: inueniuntur quædam defectiua ut liquet miſeret.

De Aduerbiis.

ADuerbium eſt pars orationis quæ adiecta uerbo ſignificationē eius: aut complet: aut mutat aut minuit ut iā faciā: uel non faciā: parum faciam. Aduerbia aut a ſe naſcūtur ut heri hodie nuper aut ab aliis partibus orationis ueniunt. Veniūt aūt a nomine appellatiuo ut doctꝰ docte. A proprio ut Tullius Tulliane. A uocabulo ut hoſtium hoſtiatim. A pronomine ut meatim: tuatim. A uerbo ut curſim ſtrictim. A noie & uerbo ut pedetētim. A partipio ut indulgens idulgēter. A noie ueniētia aut in.a.exeūt ut una. Aut in e pductū ut docte: aut in e correptā ut rite aut in.i.ut ueſperi: aut in o pductā ut falſo: aut in o correptā: ut modo aut in u ut noctu aut in l ut ſemel: aut i.m.ut paulatim: aut in.r.ut breuiter aut in.s.ut funditus. Aduerbia quæ in e exeūt pduci debēt præter illa quæ aut nō cōparātur: ut rite aut comperationis regulam non ſeruant: ut bene male: faciunt enim bene melius optime: male peius peſſime: aut ea quæ a nomine uerboue non ueniunt ut impune ſæpe: cæterum facile & difficile quæ aduerbia ponuntur nomina potius dicenda ſunt eſſe pro aduerbiis poſita: ut eſt toruū clamat horrendum reſonat. Ergo aduerbia quæ in e productam exeunt ab eo nomine ueniunt quod datiuo caſu ſingulari o littera terminatur: ut huic docto docte: & huic ſedulo ſedule. Quæ in r litteram exeunt ab eo nomine ueniunt: quod datiuo caſu ſingulari.i.littera terminatur: ut huic agili agiliter. Contra hanc regulam multa ſæpius uſurpauit auctoritas. Nam quædam ut diximus & in datiuo caſu in.o.permanent & aduerbium faciunt: ut falſo ſedulo: quædam contra faciunt: ut huic duro non dure: ſed duriter. Aduerbio accidūt

tria Significatio: Cõparatio. Figura. Significatio aduerbiorum hoc ſecernitur qa ſũt aduerbia loci ut hic ubi ibi. Temporis: ut hodie nuper. Numeri ut ſemel bis. Negandi: ut nõ nihil Affirmandi: ut etiam quidni. Demonſtrandi: ut en ecce. Optandi: ut utinã. Hortãdi: ut eia. Ordinis: ut deĩde. Interrogãdi: ut cur quare quamobrem. Similitudinis ut quaſi ceu. Qualitatis: ut doctæ pulchræ. Quantitatis: ut multum parum. Dubitandi ut forſan fortaſſe. Perſonalia: ut mecum: tecũ: ſecum nobiſcum: uobiſcũ. Vocandi. ut heus. Reſpõdẽdi: ut heu. Separãdi: ut ſeorſũ. Iurandi: ut ædepol caſtor hercle medius fidus: Eligendi: ut potius immo. Congregãdi: ut ſimul una pariter. Prohibẽdi. ut ne. Euentus. ut forte fortuitu. Cõparãdi. ut magis & tam. Sunt etiam aduerbia ĩfinita: ut ubi quando: ſũt finita ut hic modo. Aduerbia loci duas ſpecies habent: ĩ loco & ad locũ ſignificantes: In loco ut intus foris: Ad locũ: ut intro foras: Dicimus enim intus ſum foris ſum: ĩtro eo foras eo. Adiiciũt qdam de loco: quod ſic dicitur quaſi ĩ loco ut intus exeo foris uenio. Adiiciũt qdam etiam ꝑ locũ ut hac illac. heus & heu ĩteriectiões multi nõ aduerbia putauerũt ideo quia nõ ſemp ſubſequũtur uerbum. Comparatio accidit aduerbio quia huic quoq; comparatiõis gradus ſunt tres poſitiuus. cõparatiuus: ſuperlatiuus: Poſitiuus. ut docte. Cõparatiuus ut doctius. Superlatiuus ut doctiſſime: & quoniã aduerbia quoq; ſunt quæ poẽs gradus ire nõ poſſunt. Ideo his adiungendã ſignificationem pro cõparatiuo & ſuperlatiuõ magis & maxime cõiungimus. adminuendã minus & minime: quemadmodũ enim cõparant. Ita & minuunt aduerbia a poſitiuo: ut primũ primule. longe lõgule. A comparatiuo ut melius meliuſcule. longius lõgiuſcule. A ſuperlatiuo autem gradu uel nulla exempla uel per rata ſũt. Figuræ aduerbiorum duæ ſũt: aut enim ſimplicia ſũt aduerbia. ut docte prudẽter: aut compoſita ut ĩdocte ĩprudẽter: Componũtur ẽt aduerbia modis quattuor: ſũt ãt multæ dictiões dubie ĩter aduerbiũ & nomẽ ut falſo: inter aduerbiũ & ꝓnomen ut quõ. Inter aduerbiũ & uerbũ ut pone: Inter aduerbiũ & participiũ ut ꝓfecto: Inter aduerbiũ & cõiunctionẽ ut quãdo: Inter aduerbiũ & ꝓpoſitionẽ: ut ꝓpter: Inter aduerbiũ & ĩteriectionẽ ut heu. Hoꝝ quædã accẽtu diſcernimꝰ. quædam ſenſu. Sunt etiã item aduerbia loci: quæ imprudẽtes putãt nõia in loco: ut Romæ ſũ: de loco ut Roma uenio ad locũ ut Romã ꝑgo. His præpoſitio nõ antepõitur: quæ ꝓuinciis: locis regionibus ue addicii ſolet ideo quia de ſignificatione nominis non recedunt ut de aphrica uenio. ad ſiliciam pergo: in italia ſum Præpoſitio ſeparatim aduerbiis non applicabitur: quamuis legerimus deſurſũ de ſubito derepente & exinde & abuſq; & dehinc: ſed hæc tanquã unam partem orationis ſub uno accentu pronunciabimus.

De participo.

PArticipium eſt pars oratiõis dicta eo quod partem capiat nominis partemq; uerbi: recipit enim a nomĩe genera & caſus. A uerbo tẽpora & ſignificationes: ab utroq; numerum & figuram. Participio accidunt ſex. Genus. Caſus. Tẽpus. Significatio: Numerus & figura. Genera participiis accidũt quattuor. Maſculinũ ut lectus: Fœmininũ ut lecta. Neutrũ ut lectũ. Commune ut legens. Nã oĩa participia præſentis tẽporis generis ſũt cõmunis. Caſus totidẽ ſũt participiorũ quot & nominũ nam per oẽs caſus etiã participia declinãtur. Tẽpora participiis accidũt tria: ꝑſens præteritũ & futuꝝ: ut luctãs luctatus: luctaturus. Signficationes participioꝝ a generibus uerboꝝ ſumunt. ueniunt enim participia a generibus uerborum ſumuntur. ueniunt enim participia a uerbo actiuo duo præſentis tẽporis: & futuri: ut legens lecturus. A paſſiuo duo præteriti temporis & futuri: ut lectus & legendus. A neutro duo ſicut ab actiuo præſentis temporis & futuri ut ſtans & ſtaturus. A deponenti tria: præſentis præteriti & futuri: ut luctans luctatus & lectaturus. A communi quattuor præſens præteritum: & duo futura: ut criminans criminatus criminaturus & criminandus. Inchoatiua participia præſentis temporis ſunt tantum: ut horreſcens tepeſcens

caleſcens. Defectiua interdũ alicui9 tẽporis ſunt ut ſoleo ſolẽs ſolitus. Interdum nullus ut ab eo quod eſt memini nullũ participiũ reperiẽ. Interdũ a nõ defectiuo uerbo pticipia defectiua ſũt: ut ab eo qđ eſt ſtudio ſtudẽs & futuꝝ tẽpus nõ habet in uſu. Ab impſonali uerbo pticipia niſi uſurpata fuerũt nõ ueniũt. Numerus participiis accidit uterq; ſingularis & pluralis. ſingularis ut hic legẽs. Pluralis hi legẽtes. Figura itẽ participioꝝ duplex ẽ. Aut enĩ ſimplicia ſũt pticipia ut ſcribẽs. Aut cõpoſita: ut deſcribẽs. Cõponũtur ẽt pticipia mõis q̃tuor. Sũt nomina ſpeciẽ participioꝝ habẽtia: ut tunicatus galeatus: quæ quia a uerbo nõ ueniunt non ſunt participia appellanda. Ex quib9 ſunt etiam illa quæ cũ participia uideãtur: uerborũ tamen ſignificatione priuata ſunt: ut pranſus cœnatus placita nupta triumphata regnata. Nã prandeor cœnar placeor nubor triumphor regnor non dicitur. Sunt etiam alia participia. q̃ accepta præpoſitione & a uerbis: & a participiis recedunt ut nocens innocens. Nam noceo dicitur innoceo non dicitur. Sunt ueluti participia quæ a uerbo ueniunt: & quia tempus non habent nomina magis quam participia iudicantur: ut furibundus moribundus ludibũdus. Sunt multa participia eadem & nomina: ut paſſus uiſus cultus: ſapiens indulgens. quæ tamen & caſibus diſcrepant & temporibus dinoſcuntur & comparata mutantur. Sũt alia participia defectiua quæ per omnia tempora ire non poſſunt quæ a uerbo ueniunt ut eſt ceptus urgendus. Sunt participia quæ accepta comparatione fiunt nomina ut acceptus acceptior incenſus incenſior: aduerbia de participiis fieri poſſe nonnulli negant: ſed hos plurimæ lectionis reuincit auctoritas.

De cõiunctione.

COniunctio eſt pars orationis adnectens ordinanſq; ſententiam. Coniunctioni accidũt tria poteſtas figura & ordo. Poteſtas cõiũctionũ in quinq; ſpẽs diuidũtur. Sũt enĩ copulatiuæ diſiũctiuæ expletiuæ cãles rõnales copulatiuæ. hæ ſũt & q̃ at atq; ac aſt. Diſiũctiuæ ſũt aut ue uel ne nec an neq;. Expletiuæ ſũt quidẽ eqdẽ ſaltẽ uidelicet quãquã quãuis quoq; eni͂ ãt porro licet tamẽ. Cãles ſi tã etſi etſi ſiqđ qñ qñ qdẽ qn qnetiã q̃ten9 ſin ſeu ſiue neu. nã. nãq; ni niſi enim & enim ne: ſed interea: quãobrem præſertim item itemq; cæterum alioquin præterea. Rationales ira itaq; enim enimuero: quia quare quapropter: quoniam quandoquidem: quippe ergo ideo igitur ſcilicet ꝓpterea iccirco. Figuræ coniunctionum duæ ſunt ſimplex: ut nam: Compoſita ut nanque. Ordo coniunctionum in hoc eſt quia aut præpoſitiuæ ſunt coniunctiones: ut at aſt aut ſubiunctiuæ ut quæ autem aut communes ut ergo igitur. Sunt etiam dictiones quas incertũ eſt. utrũ coniũctiones an præpoſitiones an aduerbia nominemus niſi ſentẽtiã cõſiderauimus ĩcerta ſũt: quæ tamẽ oẽs ſenſu facile diſcernũtur. Nã & cõiunctiones ꝓ aliis coniunctionibus poſitæ inueniuntur poteſtate mutata.

De præpoſitione.

PRæpoſitio eſt pars orationis quæ præpoſita aliis partibus orationis ſignificationem earꝫ aut mutat aut cõplet aut minuit. Nã aut nõi p̄ponitẽ ut inualidus aut p̄ nomini p̄ponitur ut p me uel ſuppõitur ut mecũ tecũ ſecũ nobiſcũ uobiſcũ: aut uerbũ præcedit ut pfero aut aduerbiũ ut exp̄ſſe aut pticipiũ ut p̄cedẽs: aut cõiũctionẽ ut abſq; aut ſemet ipſã ut circũcirca. Præpoſitiões aut caſib9 ſeruiũt: aut loquelis: aut æque caſib9 & loquelis hæc aut cõiũgũtur aut ſepantur aut cõiũgũtur & ſepanẽ. Quæ loquelis ſeruiũt cõiũgũtur ut di dis re ſe an con. dicim9 enĩ diduco diſtraho recipio ſecubo amplector cõgredior. Separãtur ut apud penes. Coniunguntur & ſeparantur cæteræ omnes ex quibus in & con. præpoſitiones: ſi ita compoſite fuerint ut eas ſtatim. s. uel. f. litteræ conſequantur: plærumque ꝓducũtur ut iſula infuſa cõſiliũ cõfeſſio: præpoſitioni accidit caſus tantum caſus nãque in præpoſitionibus duo ſunt accuſatiuus & ablatiuus. Aliæ enĩ præpoſiones accuſatiuo caſui ſeruiunt. aliæ ablatiuo: aliæ utrique caſui. Accuſatiui caſus præpoſitiões ſũt

hæ:ad:apud.ante:aduerſum:cis:citer:circum:circa:contra:erga:extra:inter : intra: infra: iuxta:ob:pone:per:prope:ſecundum poſt:trans.ultra:præter:propter:ſupra:circiter:uſq;: ſecus penes. Dicimus enim ad patrem:apud uillam.ante ædes.aduerſum inimicos.cis renum.citra forū.circum uicinos:circa templum:contra hoſtem:erga propinquos:extra terminos:inter naues:intra mœninia:infra tectū:iuxta macellū:ob augurium:pone tribunal: per parietem:prope feneſtram.propter diſciplinā:ſecundum fores poſt tergū.trans ripam ultra fines præter officium.ſupra cælū:circiter annos.uſq; oceanum.ſecus uos penes arbitros. Ex his.ad.& apud.cū unius caſus ſint diuerſo modo ponūtur. Dicimus enim ad amicū uado.apud amicū ſum. Nam neq; apud amicū uado recte dicit̃.neq; ad amicū ſū. Vſq; præpoſitio plurimis nō uidetur:quia ſine aliqua præpoſitione proferri recte non poteſt.unde adiungitur utriq; caſui pro qualitate præpoſitiōis eius cui fuerit copulata ut uſq; ad & uſq; ab. Ablatiui caſus præpoſitiones ſunt hæ:a:ab:abs:cū:coram:clam:de:e:ex:pro: præ: palam:ſine:abſq;:tenus. Dicimus enī a domo ab homine.abſq; quolibet. cū exercitu. corā teſtibus.clam cuſtodibus:de foro e iure.ex præfectura.procliētibus. prætimore.palam oībus.ſine labore.abſq; iniuria.tenus pube. Sed hæc præpoſitio ꝓpter eufoniā ſubicit̃ & facit pubetenus clā præpoſitio caſibus ſeruit ambobus. Vtriuſq; caſus præpoſitiōes ſūt hæ. In ſub.ſuper.& ſubter.quarum.in.& ſub.tunc præpoſitiones accuſatiui caſus ſunt cū aduerſum.uel ante.ſignificāt:ut ibant in Eurialum & ſub ipſum arcturum.pro ante. Tūc ablatiui caſus cum uim recte retinent.nec pro accuſatiuis præpoſitionibus ponuntur. Item accuſatiui caſus ſunt cum ad locum uel nos uel quoſlibet ire:iiſſe:ituros eſſe ſignificamus: cuius rei exempla ſunt hæc. In accuſatiui caſus ut itur in antiquam ſiluam. In ablatiui caſus ut ſtans celſa in puppi. Sub accuſatiui caſus:ut poſteſque ſub ipſos nitunt̃ gradibus. Sub ablatiui caſus ut arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. Super uero & ſubter cum accuſatiuo caſui naturaliter præponantur & ablatiuo tamen plerūque iunguntur:ut gemīa ſuper arbore ſidunt & ferre iuuat ſubter denſa teſtudine caſus. Quāq; multi ſunt:qui non putāt ambiguas eſſe præpoſitiones niſi duas.in & ſub. Cæterum ſuper & ſubter cū locum ſignificant figuratæ ablatiuo iunguntur.extra quam formam ſuper præpoſitio cum.de. ſignificat:hoc eſt mentionem de aliquo fieri ablatiui caſus eſt tantum:ut multa ſuper Priamo rogitans ſuper Hectore multa hoc eſt de priamo & de hectore. Separatæ præpoſitiones acuuntur coniunctæ uero caſibus aut loquelis:uim ſuam ſæpe commutant:& graues fiūt. Præpoſitiones aut uerba ipſa cum componuntur corrumpunt:ut conficio:aut ipſe corrumpūtur ut affero:aut corrumpunt & corrumpuntur ut ſuſpicio. Antiqui præpoſitiones etiam genitiuo caſui iungebant:ut crurum tenus. Item:poſt:& ante:& circum:utrique caſui iunctas inuenimus. Sed ſcire nos conuenit præpoſitiones uim ſuam tunc retinere um præponuntur.ſuppoſitas uero & ſignificationem ſuam & uim nominis & legem propriam nō habere.& aduerbia faciunt ſi quando illas non ſubſequitur caſus. Separatæ præpoſitiones ſeparatis præpoſitionibus non cohærent. Sunt qui putant accidere præpoſitioni & figurā & ordinē. Figurā quia ſunt præpoſitiones ſimplices ut abs.cōpoſitæ ut abſq;: Ordinem qa ſūt præpoſitiones præpoſitiuæ:ut ſine. Sunt ſubiunctiuæ ut tenus. Sed hæc nos & ſimilia in his adnumerauimus:quæ inæqualia nominantur.

De Interiectione.

INteriectio eſt pars oratiōis interiecta aliis partibꝰ oratiōis ad exprimēdos animi affectus:ut metuentes:ut enī:at:at: Aut optantis ut.o. Aut dolētis ut heu. Aut admirātis ut pape. Aut letantis:ut euax. Sed hæc græci aduerbiis applicāt.qđ iō latini ñ faciūt:qa huiuſcemōi uoces nō ſtati ſubſeqt̃ uerbū. Licet āt ꝓ īteriectiōe ēt alias ptes orōnis ſingulas plures ue ſupponere: ut nē fas ꝓ nefas: Accētꝰ īteriectiōibꝰ certi eē nō pñt:ut fere ī aliis uocibꝰ qs īcōditas īueniꝰ.

DONATVS. DE BARBARISMO

[B]Arbariſmus eſt una ps oratiōis uitioſa in cōmuni ſermōe. In poemate uero Metaplaſmus: Itē Barbariſmꝰ in nr̄a loquela: in ꝑegrina barbara lexis dicitur: ut ſi qs dicat Maſtruca Cateia. Magalia. Acinacis. Barbariſmꝰ āt fit duobus modis: ſcripto & ꝓnunciatione. His biptitis ꝗttuor ſpēs ſupponūt: Additio Detractio Immutatio: Trāſmutatio: Litteræ. Syllabæ: Temporis: Toni: Haſpirationis. Per additionē litteræ fiūt. Barbariſmi: ut reliqas danaū cū reliqas ꝑ unū. l. dicere debeamꝰ. Syllabæ: ut nos abiiſſe rati: ꝓ abiſſe. Tpis: ut italiā fato: cū Italiā correpta pr̄a ſyllaba dicere debeamus. Per detractionē litteræ: ut īfantibꝰ paruis pro īfantibꝰ. Syllabæ: ut ſalmentū ꝓ ſalſamētū. Teperis ut unius obnoxā correpte ꝓ unius ꝓducte. Per īmutationē litteræ ut olī ꝓ illi. Syllabæ: ut ꝑnuces ꝓ pernices. Tēporis: ut feruere leucaten: cū feruere ſit ſecūdæ coniugatiōis: & ꝓductæ dici debeat. Per trāſmutationē litteræ. ut euādre ꝓ euander. Syllabæ ut diſplicina ꝑ diſciplina. Tēporis ut ſiqs deos ꝓducta priori ſyllaba & correpta poſteriori ꝓnunciet. Toni quoqꝫ ſimiliter ꝑ has ꝗttuor ſpecies cōmutant: Nam & ip̄a aditiuntur: die trahantur: mutātur & trāſmutātur. Quoꝝ exēpla ultro ſe offerūt: ſi qs inquirat. Totidē etiam modis ꝑ haſpirationē depræhēditur Barbariſmus. quē qdem ſcripto: quidā ꝓnuntiatiōe iudicāt a ſcribēdū: ꝓpter. H. ſcilicet: quā alii litterā. Alii haſpiratiōi notā deputāt. Fiūt aūt barbariſmis ꝑ hyatus & colliſiōes. Sūt etiā male cōpoſitiones Cacoſyntheton: quæ uitia nonnulli barbariſmū eſſe putāt. In qbus ſūt Methaciſmi. Labdaciſmi: Iotaciſmi. Hyatus. Colliſiōes & oia quæ plus æquo minuſue ſonātia ab eruditis auribus reſpuuntur. Nos cauenda hæc oīa uitia prælocuti controuerſiā de nomine pertinacibus relinquamus.

[S]Oloeciſmus eſt uitium in cōtextu partiū oratiōis cōtra regulā artis grāmaticæ factū. Inter Soloeciſmū & barbariſmū hoc ītereſt: qd Soloeciſmus diſcrepantes aut ī cōſequētes īter ſe dictiōes hēt. Barbariſmus aūt ī ſingulis uerbis fit uel ſcriptis uel ꝓnunciatis. Quāꝗ multi errāt qui putāt ēt in una pte orationis fieri ſoloeciſmū: ſi aut demōſtrantes uirū hāc: aut fœminā hūc dicamus: aut iterroganti quo ꝑgamus: reſpōdeamus Romæ. aut unū ſalutātes ſaluete dicamꝰ: cū utiqꝫ præcedēs demōſtratio uel īterrogatio: uel ſalutatio uim cōtextæ oratiōis obtineat. Multi ēt dubitauerūt. Quadriga. Scopa. Soloeciſmus an barbariſmus eſſet: cū ſcilicet id genus dictionis barbariſmū eſſet: uel ex ipſius uitii finitionis poſſit agnoſci facile. Soloeciſmus fit duobus modis & ꝑ partes oratiōis. aut ꝑ accidētia partiū oratiōis: Per partes oratiōis fiunt cū una ps ꝓ alia ponit: ut Toruū quæ repente clamat ꝓ torue: nomē ꝓ aduerbio ponitur. Fit ēt eadē parte orationis hoc uitiū: cū ipſa pro ſe: nō in ſuo loco: neqꝫ ut cōuenit ponit: ut Cui tātū de te licuit. ꝓ in te. Et eo apud amicū: ꝓ ad amicū & intro ſū ꝓ intus. & Foris eo ꝓ foras: Per accidētia partiū oratiōis fiūt tot modis ſoloeciſmi qđ ſūt accidētia partiū oratiōis. Sed in his ꝓpter cōpendiū exēpli cauſa pauca mōſtrabimꝰ. Nā per ꝗlitates noīum fiūt ſoloeciſmi: ut hauriat hūc oculis ignē crudelis ab alto. Dardanus. ꝓ dardaniꝰ ꝓpriū pro appellatiuo poſuit: Per genera: ut ualidi ſilices: pro ualidæ. & amare cortices ꝓ amari: & collus collaria caret. Per nūeros: ut pars in fruſta ſecant: ꝓ ſecat. Per cōparationē: ut reſpondit Iuno ſaturnia ſācta deaꝝ: pro ſanctiſſima. Per caſus: ut urbem quā ſtatuo ueſtra eſt: ꝓ urbs. Per modos uerboꝝ. ut Itis paratis arma quāprimū uiri: ꝓ ite parate arma: Indicatiuū pro īpatiuo poſuit. Per ſignificationes uerboꝝ ut Expoliātur eos & corpora nuda relinquūt. ꝓ expoliant. Per tēpora: ut cecidit quæ ſuperbū iliū & omnis humo fumat neptunia troia: ꝓ fumauit. Per pſonas: ut danai ꝗ parēt atridis quāprimū arma ſumite: pro ꝗ paretis. Per aduerbia: ut ītus eo ꝓ ītro. & italia uenio pro de italia: & ad romā uado ꝓ romā: cū præpoſitio ſeparatim

noibus addenda ſit nõ aduerbio. per præpoſitiones cũ una ꝑ alia ponitur: ut ſub Lucẽ ibãt ꝓ ante lucẽ. Aut neceſſario ſubtrahitur: ut Siluis te tyrrehene feras agitare putaſti. ꝓ in ſiluis. ꝑ Cõiunctiones: ut ſubiectiſq̃ urerẽ flãmis ꝓ ue. Fit ꝑ ordinẽ cõiunctionũ: ut autẽ fieri nõ debet: cũ dicẽdũ ſit: fieri aũt nõ debet. Fiunt præterea Soloeciſmi pluribus modis: quos repræhendendo potiuſq̃ imitãdo poſſumus ãnotare. Soloeciſmus ẽ in proſa: In poemate Schema dicitur.

Sequitur de decem uitiis.

CVm barbariſmo & ſoloeciſmo decẽ uitia nominantur hoc modo. Acyrologia Cacenphatõ. pleonaſmos: Periſologia. Macrologia. Tautologia. Eclipſis. Tapinoſis Cacoſynthetõ. Amphibologia. Acyrologia. eſt ĩpropria dictiõis poſitio ut. Hũc ergo ſi potui tantũ ſuperare dolorẽ pro timere. Cacenphaton ẽ obſcẽa ꝓnunciatio: uel in cõpoſita dictiõe: uel in uno uerbo: ut numeꝝ cũ nauibus æquat. Et arrige aures pãphile. Pleonaſmos ẽ adiectio ſupuacua ad plenã ſignificationẽ: ut ſic ore locuta ẽ. Periſologia eſt adiectio uerboꝝ ſupuacua ſine ulla ui reꝝ ut ibãt qua poterãt qua nõ poterãt non ibant. Macrologia eſt lõga ſentẽtia: res nõ neceſſarias cõpræhendẽs ut legati nõ ĩpetrata pace retro unde uenerũt reuerſi ſũt. Tautologia eſt eiuſdẽ dictiõis repetitio uitioſa: ut egomet ipſe uenio: Eclipſis eſt defectus quidã neceſſariæ dictionis quã deſyderat præciſa ſnĩa: ut Hæc ſecũ deeſt loquebat̃. Tapinoſis ẽ hũilitas magnæ rei: nõ id agẽte ſnĩa: qđ demõſtrat ut penituſq̃ cauernas ĩgẽtes: uterũq̃ armato milite cõplẽt. i. multe legiões armatoꝝ militũ ĩplerunt multas cauernas Et dulychias uexaſſe rates. Et pelidæ ſtomacũ cedere neſcii: Cacoſyntheton ẽ uitioſa dictionũ cõpoſitio: ut Verſaq̃ iuuencũ terga fatigamus haſta. Amphibologia ẽ ãbiguitas dictionis: quæ fit ꝑ actiuũ: ut ſi qs dicat̃ audio ſecutorẽ retiariũ occidiſſe. Aut ꝑ uerbũ. ut criminat̃ Cato. Vadat̃ Tullius: nec addat̃ quẽ uel a quo. Aut ꝑ participiũ: ut Video ſtatuã aureã haſtã tenentẽ. Fit ẽt per omonyma: ut ſiquis dicat aciem nec addat oculorũ: aut exercitus: aut fieri: Fit præterea pluribus modis: quos recenſere omnes ne nimis longum eſſet non oportet.

Methaplaſmus ẽ trãſformatio quædã recti ſolitiq̃ ſermonis ĩ alterã ſpeciẽ metri ornatus neceſſitatiſue cauſa. Huius ſũt ſpecies quattuordecim: Proſtheſis. Epẽtheſis. Paragoge. Aphereſis. Syncopa. Apocopa. Ectaſis. Syſtole diæreſis: Synereſis. Synalœhpa: Ecthlipſis. Antitheſis. Metatheſis: Proſtheſis ẽ appoſitio quædã ad prĩcipiũ dictiõis litteræ uel ſyllabæ: ut gnatæ ꝓ nate retulit ꝓ tulit. Epẽtheſis ẽ poſitio quædã ad mediam dictionẽ litteræ. uel ſyllabæ: ut reliqas pro reliquas: Induperator pro ĩperator. Hanc autẽ alii epentheſim: alii parentheſim uocant. Paragoge eſt appoſitio quædã ad finẽ dictionis litteræ uel ſyllabæ: ut magis pro mage: & poteſtur pro poteſt. Hãc alii Paraleptim: alii Prolepſim. i. præſũptionẽ uocãt. Aphereſis ẽ ablatio de pricipio dictionis litteræ uel ſyllabæ cõtraria proſtheſi: ut mitte ꝓ dimitte & temno pro contemno. Syncopa eſt ablatio de media dictiõe litteræ uel ſyllabæ cõtraria epẽtheſi: ut audacter ꝓ audaciter: & cõmouit ꝓ cõmouerat: Apocopa ẽ ablatio de fine dictiõis litteræ uel ſyllabæ cõtraria paragoge: ut achilli pro achillis: & poſſis pro poſitis: & potes ꝓ poteſtis: & mutu pro muto. Ectaſis eſt extenſio ſyllabæ cõtra naturã uerbi: ut Italiã fato ꝓfugus: cũ italiã prĩa ſyllaba correpta dicere debeamus. Syſtole eſt correptio ſyllabæ cõtra naturã uerbi facta cõtraria ectaſi ut aquoſus orion: pro orion producte. Diæreſis eſt diuiſio unius ſyllabæ in duas. ut olli reſpondit rex albai longai pro albæ longæ: & aulai in medio libabãt pocula bachi pro aulæ & diues pictai ueſtis & auri pro pictæ. Synereſis eſt cõglutinatio duarũ ſyllabarũ in unam contraria dyareſi. ut phæton pro phaeton: & æripedẽ pro aeripedem. Synaloepha eſt per interẽptionẽ cõcurrentiũ inter ſe uocaliũ lubrica quædã leniſq̃ colliſio: ut Atque ea diuerſa penitus dum ĩ parte geruntur: Hæc a quibuſdam Synereſis uel coliſio nuncupatur. Ecthlipſis eſt conſonantium cum uocalibus aſpere concurrentibus difficilis

ac dura colliſio: ut littora multum ille & terris iactatus & alto. Antitheſis eſt litteræ pro littera poſitio: ut olli ſubridens pro illi. Metatheſis eſt traſſformatio litterarum in alio loco: nulla tamen littera ex ea dictione ſublata: ut Euandre pro euander. & Tymbre pro tymber: Schemate lexeos & dianœas: ſunt quædam figuræ uerborum & ſententiarum. Sed ſchemata dianœas ad oratores pertinent. Ad grammaticos uero lexeos. Quæ cum multa ſint ex omnibus fere neceſſaria ſunt ſexdecim ſcilicet: Prolepſis. zeugma. Hypozeuſis. Sylepſis. Anadiploſis. Anaphora. Epanalepſis. Epitheton. Paronomaſia: Scheſiſonomaton. Paromoeon. Omoeoteleuton: Polyptoton. Hirmos. Polyſyntheton. Dialyton. Prolepſis ē præſumptio rerum ordine ſecutarum: ut interea reges ingenti mole latinus procedunt caſtris. Turnus deinde æneas. zeugma eſt unius uerbi concluſio diuerſis clauſulis apte coniuncta: ut Troiugena interpres diuum: qui numina phoebi: qui tripodas clari lauros qui ſydera ſentis. Hypozeuxis eſt figura ſuperiori contraria ubi diuerſa uerba ſingulis clauſulis redduntur ut regem adiit: regi memorat nomenque genuſque. Sylepſis eſt diuerſarum clauſularū per nnum uerbum conglutinata conceptio: ut hic illius arma: hic currus fuit. Hoc ſchema late patet. Et fieri ſolet non ſolum per partes orationis: ſed per accidentia partium orationis. Item ſylepſis eſt in diſſimilibus clauſulis: quando dictio ſingularis uerbo plurali adiungit̄: ut ſunt nobis mitia poma caſtaneæ molles & preſſi copia lactis. Anadiploſis eſt geminatio dictionis: quæ ex ultimo loco præcedentis uerſus: & principio ſequentis iteratur: ut ſequitur pulcherrimus aſtur. Aſtur equo fidens. Anaphora eſt relatio eiuſdem uerbi per prĩcipium plurimorum uerſuum: ut nate meæ uires: mea magna potentia ſolus. Nate patris ſũmi q̄ te la typhœa temnis. Epanalepſis eſt uerbi in principio poſiti uerſus in eiuſdem fine repetitio: ut muta ſup Priamo rogitās: ſup hectore multa. Ante etiam ſceptrum dictæi regis & ante. Epizeuxis eſt eiuſdem uerbi in eodē uerſu ſine aliqua dilatiōe geminatio: ut meme adſū qui feci in me cōuertite ferrum. Paronomaſia eſt ueluti quædam denominatio uel quotiēs aliud nomen efficitur de alio: ut nā inceptio eſt amentiū aut amantiū. Scheſiſonomaton eſt multitudo nominū coniunctoꝝ eodē habitu copulandi: ut marſa manus: peligna cohors: feſtina uirum uis. Paromœon eſt quādo ab eiuſdē litteris diuerſa nomina ſumunt̄: ut Tite tute tāti tibi tanta tyrāne tuliſti. Omoeoteleuton eſt cum ſimili modo dictiones plurimæ finiuntur ut eos reduci quam relinqui deuehi quā deferri malui. Omœoptoton eſt cū inconſimiles caſus exeunt diuerſa uerba: ut mœrentes flentes lachrymantes comitantes: Polyptoton ē multitudo caſuum uarietate diſtincta: ut littora littoribus contraria fluctibus undas. Imprecor arma armis pugnent ipſique nepotes. Hirmos eſt ſeries orationis continuæ tenorem ſuum uſque ad ultimnm ſeruans: ut principio cœlum ac terras: campoſque liquentes. Polyſynteton eſt dictio multis nexa coniunctionibus: ut Athamaſque: thoaſque pelideſq; neptolēus primuſque machaon. Dyaliton ſiue Aſyntheton eſt figura contraria ſuperiori carens coniūctionibus: ut Ite ferte citi flāmas: date tella: impellite remos.

TRopus eſt dictio tranſlata a propria ſignificatione ad improprīā ſimilitudinē ornatus neceſſitatiſue cauſa. Sūt āt duodecim. Metaphora. Catachreſis. Metalepſis. Metonymia. Antonomaſia. Epiteton. Synecdoche: Omatopoeia. Periphraſis. hypbaton. hipbole. allegoria. Metaphora eſt reꝝ uerborūq; trāſlatio. hæc fit q̄tuor modis: ab aīali ad aīale: ab inaīali ad inaīale. ab iaīali ad aīale. ab aīali ad aīale. ut Tiphim aurigam celeres fecere carinæ. Nam auriga & gubernator nauis animam habent. ab inanimali ad inaīale: ut Pelagus tenuere rates. Nam rates animam non habent neque pelagus. ab inanimali ad animale: ut athlantis cinctum aſſidue cui nubibus atris piniferum caput & uento pulſatur & imbri. Nam mons animam non habet: cui membra hominis attribuuntur. ab animali ad inanimale: ut ſi tantum pectore robur concipis. Nam robur animam non habet cum. Turnus cui hæc dicunt̄ aīam ha-

bet. Scire debemus alias metaphora eſſe reciprocas. Alias autem eſſe partis unius. Reciprocas: ut altum mare. & profundum cœlum. Poſſumus enim conuertere altum cœlum: ꝓfundum mare. Herbæ florent. Iuuenes pubent. Poſſumus enim conuertere. Herbæ pubēt Iuuenes florent. Alias partis unius: ut ſegetes fluctuant uites germinant. Catachreſis eſt uſurpatio nominis alieni: ut Patricidam dicimus qui occidit fratrem. Et piſcinam quæ piſces non habet. Hæc enim ubi extrinſecus ſumerent ſuum uocabulum non haberent. Metaleplis eſt dictio pergens gradatim ad id quod oſtendit: ut ſpeluncis abdidit atris hoc metuens Et poſt aliquot mea regna uidēs mirabor ariſtas. Metonymia eſt dictio q̄dam ueluti trāſnominatio. Huius autem multæ ſunt ſpecies. Aut per id quod continetur oſtendit: ut Nunc pateras libate Ioui. Aut cōtra. Crateres magnos ſtatuunt & uina coronāt. Aut pro inuentore quod inuētū eſt: ut ſine cerere & baccho friget uenus. Aut cōtra: ut Vinumq; præcamur Nam hic deus adeſt præſens. Hæc exēpli cauſa poſita a diſcentibus ſunt. Reliqua demonſtrabit lectio. Antonomaſia eſt ſignificatio uice nominis poſita: quæ fit tribus modis. Ab animo a corpore. Extrinſecus. Ab animo: ut magnanimus anchiſiades. A corpore: ut ipſe arduus polyphemus. Extrinſecus: ut in fœlix puer atq; impar cōgreſſus achilli. Epitheton eſt ſuppoſitio dictionis cum proprio nomine. Nam Antonomaſia uicem nominis ſubſtinet. Epitheton nunquam eſt ſine proprio nomine: ut dira celæno & diua Camilla. Fit etiam tribus modis: ab animo: a corpore: extrinſecus. His duobus tropis uel uituperamus: uel oſtendimus: uel laudamus. Sinecdoche eſt ſignificatio pleni intellectus capax: cū plus minuſue pronunciat. Aut enim a parte totum oſtēdit: ut pupeſq; tuæ pubeſq; tuorū. Aut cōtra partē a toto: ut ipſius ante oculos ingens uertice pontus In puppim ferit. Et alibi. fontemq; ignēq; ferebant. Meminiſſe autem debemus quando fit a parte totum faciendum eſſe ab inſigniori parte. Onomatopoeia eſt nomen de ſono factum: ut Clamorq; uirū: clangorq; tubarum: tinnitus æris. Atq; leuem ſtipulam crepitantibus urere flammis. Periphraſis eſt circumlocutio quædam quæ fit aut ornādæ rei cauſa; quæ pulchra eſt. Aut uituperandæ quæ turpis eſt: ut iam prima nouo ſpargebat lumine terras. Tithoni croceum linquens aurora cubile. Et hoc faciunt: nimio ne luxu optuſior uſu Sit genitali aruo & ſulcos oblimet inertes. Hyperbatō eſt trāſcēſio quædā uerborum ordinē ꝑturbās. Cuius ſpecies ſūt quinq;. Hyſterologia ſiue hyſterō proteron. anaſtrophe. Parētheſis. Syntheſis. Temeſis. hyſterologia ſiue hyſteron ꝓteron. eſt ſententiæ cū uerbis ordo mutatus ut. Et cererē torrere parāt flāmis: & frangere ſaxo. Anaſtrophæ eſt uerborū tantū ordo ꝑpoſterus: ut Italiam cōtra pro contra Italiam. Parētheſis eſt interpoſita formatio diuerſæ ſententiæ ut æneas: neque eni patrius cōſiſtere mētē Paſſus amor: rapidū ad naues præmittit achatē.

Temeſis eſt unius cōpoſiti uel ſimplicis ſectio: una dictione uel pluribus interiectis ut ſeptem ſubiecta trioni. Et ſaxo cere comminuit brū. Et maſili portant iuuenes ad littora tanas pro cerebrū & maſſilitanas. Syntheſis eſt hypbaton obſcurum: & ex omni parte cōfuſum ut tris notus abreptas in ſaxa latētia torquet. Saxa uocāt Itali: mediiſque in fluctibus aras. Eſt autem hic ordo; Tris naues abreptas notus torquet in ſaxa: quæſa in mediis fluctibus latentia: Itali uocāt aras. hyperbole eſt dictio fidem excedens augēdi minuēdiue cauſa. augendi ut niue cādidior. Minuendi: ut tardior teſtudine. Allegoria eſt tropus quo aliud ſignificatur aliud dicitur: ut Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla: hoc ē carmen finire. huiuſmodi ſpecies multæ ſunt ex quibus ſeptem eminēt hironia. antiphraſis. ænigma. Carientiſmos. Paronomia. Sarcaſmos. aſtiſmos. Hironia eſt tropus qui per contrarium conatur oſtendere quod dicit. ut egregiā uero laudē & ſpolia ampla refertis tuq; puerq; tuus. hæc ubi grauitas ꝓnunciantis adiuuerit: cōfiteri uidebit: quod negare intendit. antiphraſis eſt unius uerbi hironia: ut bellū: quod minime bellū ē. Et lucū quod minime lucet. ænigma eſt obſcura ſententia per obſcuram ſimilitudinem rerum ut mater me genuit: eadem mox gigni-

tur ex me ſignificat enim aquam in niuem conuerti: & ex eadem rurſus effluere. Carien-tiſmos eſt quo dura dictu gratius proferuntur: ut interrogantibus nobis. Nūquis nos quæ ſierit: reſponſum detur bona fortuna: exinde intelligit' neminē nos q̄ſiſſe. Paronomia ē accommodatum rebus temporibuſq; prouerbium: ut aduerſus ſtimulum calces: & lupus eſt in fabula. Sarcaſmos eſt plena odio atq; hoſtilis deriſio: ut en agros & quam bello troia-ne peſti heſperiam metire iacens. Aſteiſmos eſt tropus multiplex numeroſæq; uirtutis. Nam aſteiſmos eſt quicquid ruſtica ſimplicitate caret: & faceta ſatis urbanitate exponitur: ut qui bauium non odit amet tua carmina meui: atq; idem iungat uulpes: & mulgeat hircos

Homoenſis eſt minus notæ rei per ſimilitudinem eius quæ magis nota eſt demonſtra-tio. Huius autem tres ſunt ſpecies. Hicon. Parabola. Paradigma. Hicon eſt perſona-rum inter ſe uel eorum quæ perſonis accidunt comparatio: ut hos humeroſq; deo ſimilis. Parabola uero eſt rerum genere diſſimilium comparatio: ut Qualis mugitus fugit cum ſau-tius aram. Taurus: & incertam excuſſit ceruice ſecurim. Paradigma eſt exempli hortantis uel deterentis enarratio. Hortantis: ut Antenor potuit mediis elapſus achiuis. Illiricos pene-trare ſinus: atq;. Deterentis: ut At non ſic phrygius penetrat lacedemona paſtor. Ledæamq; helenam troianas uexit ad urbes. FINIS.

Barbariem quicunq; cupis uitare loquendo.
Donati hoc lecto codice doctus eris.

SERVII HONORATI IN SECVNDAM DONATI EDITIONEM INTERPRETATIO.

ARs dicta eſt uel απὸ τῆσ αρετῆσ. ideſt a uirtute quam græci uniuſcuiuſq; ſcientiam uocant. uel certe ideo ars dicitur: quod arctis præceptis cuncta concludat ideſt anguſtis & breuibus. Plærique artem ſcribentes a litterarum tractatu incohauerūt. Plærique a uoce. Plærique a diffinitione artis grammaticæ. ſed omnes uidentur erraſſe. Non enim propriam rem officii ſui tractauerunt: ſed communem & cum oratoribus & cum philoſophis. Nā de litteris tractare etiam orator poteſt. De uoce nemo magis q̄ philoſophi tractant. Definitio etiam Ariſtotelicorum eſt unde proprie Donatus & docte qui ab octo partibus incohauit quæ ſpecialiter ad grammaticos pertinent.

NOmen dictum eſt eo quod res nobis efficit notas. Pronomen. quia fungitur officio nominis: ut ſi quis dicat. Virgilius fecit Bucolica. ipſe ſcripſit Georgica Verbum dictum eſt: eo quod uerberator aere motu linguæ: hæc pars orationis inuenta eſt: & licet omnes orationes cum hac oratione miſceantur: tamen ſpeciale ſibi hæc pars hoc nomen efficit: eo quod hac frequenter utimur in elocutione in tātum ut dicamus uerbū fecit. Tullius apud populū in ſenatu. Aduerbium dictū eſt. quia nunq̄ recedit a uerbo: ſiue enim dicas cras facio inuenies aduerbia uerbis cohærentia. Participium uocatur quoniam partem tenet nominis: partemque uerbi. quaſi participium. Nam a nomine habet genera & caſus a uerbo tempora & ſignificationes. Ab utroq; numerū & figuram. Præpoſitio dicitur: quoniā in loquendo præponitur. Dicimus enim ante tēplū eſt non templum ante eſt. Coniunctio dicta eſt. quia coniungat elocutiones. ut ego & tu eamus. Interiectio dicta eſt: qđ interponitur ad exprimēdos animi affectus: ut puta heu mortuus eſt. In his aūt octo partibus naturalis eſt ordo: Rite enim nomen primū ponitur quod ex ipſo omniū rerū notitia ꝓcreatur. Poſt hoc debet aſſequi pronomen quia nominis officio fungitur nec debet ab eius ſignificatiōe diuelli. Inde ſequitur uerbū quo diximus nos

frequenter uti. Inde aduerbium quod a uerbo nunquã recedit. Participium autem rite poſt
nomẽ & uerbũ ponitur. qđ ex partibꝰ utriuſq; natũ ẽ. ꝓpoſitio cũ uel uerbo uel noĩ ꝓpõitur
& ipſa iuſte hoc loco poſita eſt illis iã ante ꝓdictis qbꝰ ꝓponitur. Similiter coniunctio quia
cõiungit oĩa nõ debet primũ locũ tenere: primo enim debemus ſcire quæ res cõiungũtur. In
teriectio ideo ultima poſita eſt: quia nihil exprimit niſi affectus animi qui raro interponũtur.

Nomẽ eſt pars oratiõis cũ caſu corpus aut rẽ ꝓprie cõmuniter ue ſignificans
In oĩbus partibꝰ oratiõis definitiões eẽ debẽt ut ſegregentur ab illis partibus:
& ſuæ partis quã definiũt aliquã ꝓprietatẽ dicãt. igitur qđ dixit nomẽ eẽ par
tẽ oratiõis ſegregauit ſyllabas a plauſibus. & qcqđ cõfuſæ uoci datur. Qđ ãt
dixit cũ caſu: ſegregauit a uerbis aduerbiis: ꝓpoſitiõibus: ac cõiũctiõibꝰ. Qđ
aũt dixit corpus aut rẽ ſignificare hoc ipſius propriũ ẽ. Corporale aũt nomẽ uel incorporale
grãmatici ita definierũt. Vt corporale ſit qcquid uidetur & tãgitur ut lapis. Incorporale qđ
nõ uidetur nec tãgitur ut pietas. Itẽ dicit aliã ꝓprietatẽ qđ aut ꝓpriũ aliqđ ſignificat: aut ap
pellatiuũ. Nã ꝓpriũ eſt: qđ unus eſt ut hector. Appellatiuũ qđ multorũ eſt: ut homo. Sci
re debemus inueniri freqũter noĩa appellatiua: quæ ſunt propria: ut fœlix quæ cõmuni ſen
ſu facile dignoſcuntur: illud etiã ſcire debemus quia ſi proprium eſt quod unus eſt numerũ
tantũmodo recipit ſingularem. Neq; enim poteſt unius in pluralem cadere. Nam quod pro
pria nomina pluraliter declinãtur: ſciendũ ẽ nõ ab unius noie procreatũ numerũ pluralem:
ſed multitudinẽ nominũ hoc facere. Recte. n. Virgili. dixit. Marios & Camillos quonia plu
rales fuerunt. Appellatiuum autem nomen eſt quod cum ſit res multorum recipit tamen &
numerum ſingularem in multis etiam unus tenetur.

Comparatiõis gradus ſũt tres. poſitiuus ut doctus: Cõparatiuus ut doctior.
Suꝑlatiuus ut doctiſſimus. Plærīq; uolũt cõparatiuũ eẽ doctiorẽ dicẽtes nõ
eſſe cõparationẽ quãdo doctior dicimus qa nõ cõparat ſed ꝓferat: ſed errãt.
Nã oĩs cõparatio id agit ut alteꝝ ꝓferat. Illa enim quæ æquat ſimilitudo poti
us ẽ q̃ cõparatio. Poſitiuus aũt oĩa recipit genera Maſculinũ ut hic doctus.
Fœmininũ ut hæc docta. Neutrũ ut hoc doctũ. Cõmune ut docilis. Omne
ut docens. Cõparatiuus uero gradus duo tãtũ ſuſcepit genera. Cõmune ut doctior. Neutrũ
ut doctius. Suꝑlatiuus tria tãtũ. Maſculinũ ut doctiſſimus. Fœmininũ ut doctiſſima. Neu
trũ ut doctiſſimũ. Præterea nomina recipiũt cõparationẽ ſed ea quæ ſunt qualitatis & quan
titatis. Qualitatis aũt & quãtitatis aut ab animo dicitur ut doctus aut a corpore: ut cãdidus
niger: aut a fortuna ut miſer. aut a menſura ut longus. Quare quæſitiuum eſt: utrum latini
or diceretur quod tunc dicitur cum pro diſerto ponitur: ut ſit latinor quomodo diſertior cũ
autem gentem ſignificat: non poteſt comparari ita enim non poſſumus dicere latinior: quo
modo nec græcior. Comparatiuus autem gradus iungitur caſibus tribus ablatiuo: Septimo
& nominatiuo interpoſita particula q̃: ablatiuo ut doctior ab illo. Septio ut doctior illo. No
minatiuo ut doctior q̃ ille. Sed frequenter utimur ſeptimo ablatiuo pene nunquã. Superlati
uus uero gradus genitiuo tantum plurali iungitur ut doctiſſimus illorum quanquam & ſin
gulari cohæret quotiens nomen eſt enunciatione ſingulari intellectu plurale: ut o danaũ for
tiſſime gentis Tytide. Illud ſane ſeruandum eſt quod & poſtea tractum ẽ. Comparatiuum
gradum nos & noſtro & extraneo generi coniungere. Superlatiuum autem tantum noſtro
Dicimus enim uelocior homo hominibus & uelocior homo canibus quoniam. Compara
tiuus eſt gradus. ſuperlatiuum uero gradum tantum noſtro præferimus generi ut uelociſſi
mus homo hominum: nemo enim dicit homo equorum.

Genera dicta ſunt ab eo quod generant: atq; ideo tantum duo ſunt genera princi
palia Maſculinum & Fœmininum: hi enim ſexu tantum generant. Genera au
tẽ aut naturalia ſunt: aut ex auctoritate deſcẽdunt ut hic paries hæc feneſtra. In

his enim naturalem nullum intelligimus ſexum ſed eum ſequimur quẽm firmauit auctori-
tas. Cætera uero genera a ſuperioribus ueniũt: ut eſt neutrũ quod neq; maſculinum eſt neq;
fœmininũ Cõmune quod ẽ Maſculinũ & Fœmininũ. Omne quod omnia ſupradicta cõti-
net genera Epicœnũ uero qđ cõfuſum continet ſexũ. Nã inter Cõmune & epicœnũ hoc ĩter
eſt qđ cõmune eſt ubi uiſu ſecernimus ſexum ut canis. Epicœnũ eſt ecõtrario ubi uiſu non
ſecernimus ſexũ ut piſcis. Itẽ inter epicœnũ & cõmune hoc intereſt qđ in cõmuni articulari
ſecernimus ſexum: ut hic canis: uel hæc canis. In Epicœno uero unus articularis ſumitur: &
utrũq; ſexũ intelligimus: ut hæc aq̃la. Eũ aũt ſumemus articularẽ quem auctoritas dederit.
Nã cũ naturaliter nõ poſſumus in epicœnis ſexũ dep̄ndere debemus auctoritate firmari.

n Vmerus autem ſingularis eſt aut pluralis. Dualis uero græcus non uſurpatur ni-
ſi in noĩbus duobus q̃ ſunt duo & ambo atq; ideo etiã inæqualiter declinantur.

Figura aut ſimplex eſt, aut cõpoſita. Simplex quæ unã rẽ cõtinet atq; natura
lis eſt: ut doctus. Cõpoſita uero q̃ ex arte fit: duas res habet: ut indoctus. Cõ
poſita uero fit figura quattuor modis. q̃ in arte ſũt poſiti: qđ aũt dixit ex cor-
ruptis: ita itelligere debemus: ut tũc intelligam9 corrupta eſſe in cõpoſitiõe
quotiẽs reſoluta integrari poſſunt ut ſi q̃s dicat cõcipio iure dicitur corruptũ
quia ſi ſoluatur facit capio: quod eſt in egrũ: & conficio facit facio & ſimilia.

Ablatiuus ſingularis regit gtũm datiuũ & ablatiuũ pluralem ſecundũ regulas
in arte poſitas. Sed illud quod dicit ablatiuo e producta uel correpta termina
to: ita intelligẽdũ eſt. ut tunc p̄ducta ſit: quotiens genitiu9 ſingularis ei termi
natus ſit cũ uero is fuerit terminatus idẽ genitiuus ſingularis: ut huius patris
ab hoc patre. Ideo autem latini uoluerũt ab ablatiuo ſingulari regulas ſume-
re quoniã hic caſus latinus eſt: nec eum habẽt græci: & ille utiq; caſus debuit
regulas latinis nominibus dare qui proprius latinorum ẽ. Omnia nomina quæ in rerum na
tura ſunt quinq; regulis cõtinẽtur quæ regulæ apud Donatum nõ ſunt propter cõpendium
tamẽ tenẽdæ ſunt. Colligũtur autẽ iſtæ regulæ de genitiuo ſingulari. Nam hic caſus q̃-
que finibus terminatur aut æ diphthongo: ut muſa muſæ: aut i ut doctus docti: aut is ut pa-
ter patris: aut us ut fluctus huius fluctus: aut ei ut hic uel hæc dies huius diei. Ergo cum i-
uenerimus aliquod nomen de cuius declinatiõe dubitatur: quærẽdus nobis erit præcipue ge
nitiuus qui inuentus ſi æ fuerit terminatus ad ſimilitudĩnẽ muſæ declinabitur ita & in reliq̃s
fiet. Sed conſtat græca nomina etiam græce poſſe declinari. Plane duos præcipue caſus ĩ
his regulis ſollicite proferre debemus. Vocatiuum ſecundæ declinationis & ablatiuum ter
tiæ in quibus contra regulas plurimum ſibi aſſumpſit auctoritas. Vocatiuus enim ſingu
laris ſecundæ declinationis tum in i exibit cum nominatiuus ſingularis in ius fuerit termina-
tus in genere maſculino in proprio nomine ut hic Mercurius. O mercurii. Hoc enim no
men ius terminat nominatiuum & maſculinum eſt & proprium. Si autem nominatiuus:
Vs terminatur: ut hic doctus. Vocatiuum facit. o docte: & ſi appellatiuum ſit licet ius ter-
minatur: ut hic impius. o impie. Hic egregius. o egregie. At huic regulæ contrarium eſt hic
filius o fili. Quare maiores noſtri timentes ipſum uocatiuum ſimilem fecerunt nominatiuo
Vt Virgilius dicit. Corniger heſperidum fluuius regnator aquarum: & Lucius Octaui
us iudex. Ablatiuus uero tertiæ declinationis: qui & i & e terminatur: multum confuſus
eſt tamen hoc ſeruare debemus: ut cum nomen fuerit generis communis: quod in is mittit
nominatiuũ & genitiuũ: ablatiuum. i. terminemus: ut hic & hæc docilis: ab hoc & ab hac
docili. Item neutra omnia quæ. e. terminantur in nominatiuo: ut hoc mare: ab hoc mari.
Ea uero quæ. x. littera terminantur in. e. exeunt: ut hic calix ab hoc calice. Hæc pellex ab hac
pelice. Hæc lex ab hac lege: & ſimilia. Item omnia participia. e. terminantur: ut ab hoc ca
lente ab hoc furente: quæ ſi nomina fuerint. i. magis terminabuntur. Itẽ quæ or terminãtur

in nominatiuo ut doctior: clarior: minor: maior: facit. n. a doctiore: clariore: minore: maiore. Reliqua uero ſic ambigua ſunt ut uix etiam auctoritate firmentur. Nam ab hac naui & ab hac naue legimus: & ab hac puppi & ab hac puppe & ab hoc igni & ab hoc igne. In quibus omnibus meliorum auctoritas ſequenda eſt.

PRonomē dictū ē quia ponitur pro noīe ut ſi qs dicat Virgilius ſcripſit Bucolica: ipſe ſcripſit. Georgica. Nec tamen uidentur pronomina. quoniam nominum funguntur officio: eſſe nomina. Nam & ſi nominum uim exprimunt non tamen plene exprimunt. Nomina enim poſita plenas faciunt elocutiones. Pronoīa ſemiplenas. Itē noīa poſita uelut inchoāt elocutiones. Pronoīa āt uelut cōplēt. Qualitas ꝓnoīum principaliter bipartita eſt. Oīa eni ꝓnomina aut finita ſūt: aut īfinita. Finita ſūt q̄ recipiūt ꝑſonas ideſt q̄ definiūt ꝑſonas & ſūt tātū tria. ego tu ille. ſed ille plærūq; uariat̄. Nā ſi ad præſentis ꝑſonā refertur tūc recte finitū eſt: ſi de abſente dicatur min⁹ q̄ finitū ē. Infinita aūt ꝓnoīa uarias habēt ſpēs. Nā licet oīa quæcūq; nō recipiūt ꝑſonas infinita ſunt tamē. Alia dicūtur generaliter infinita. Alia minus quam finita. Alia articularia uel demōſtratiua. Alia poſſeſſiua. Generaliter infinita ſunt quæ unicuiq; perſonæ aptari poſſunt: ut eſt quis: & ſunt hæc ſeptē tantum qs: talis: qualis: quantus: tantus: quotus: totus. Minuſq̄ finita dicūtur quæ cōmemorationē habent notarū perſonarum: ut eſt ipſæ: hæc ſunt ſex tantū. Ipſe: iſta: is: hic: idem: ſui. Sed ex his alia ſūt quæ abſentes perſonas ſignificāt: alia quæ p̄ſentes: abſentes reliqua omnia: præſentis hæc tātum: iſte: iſta: iſtud. & hic: hæc: hoc: quæ nonnulli etiam pronomina articularia uocant: eo quod more græcorum nominibus declinantur. Poſſeſſiua dicuntur pronomina: quæ nos aliquid poſſidere oſtendunt ut eſt meus tuus. Hæc in quattuor partes diuiduntur aut enī utraq; parte ſingularia aut utraq; pluralia aut intrinſecus ſingularia extrinſecus pluralia aut extrinſecus ſingularia. Intrinſecus pluralia. Vtraq; parte ſingularia ſunt ubi & perſona poſſidentis & poſſeſſiuo una eſt: ut meus. Vtraq; parte pluralia ubi ſunt multi qui poſſidētur & multi ſunt qui poſſident ut eſt noſtri. Intrinſecus ſingularia extrinſecus pluralia ſūt quæ poſſidentes unam perſonam oſtendunt poſſeſſorum plurimas ut eſt mei: uel econtrario: ut eſt noſter. intrinſecus aut dicitur quod pertinet ad perſonam poſſidentis: extrinſecus quod pertinet ad perſonam poſſeſſionis. Sunt autem poſſeſſiua pronomina quinq; tantū meus: tuus: ſuus: noſter: & ueſter. Abſq; his pronominibus quæ omnia ſūt uiginti & unū nullum aliud quod ſuam originem habeat poterit reperiri ſed ſi qua ſunt compoſitione fiūt.

Scire autem debemus inclinatione pronominum plærūq; ſub una ſignificatione caſus uarie proferri ut eſt quis uel qui. Nam poſſumus dicere mei cauſa te peto & mis cauſa te peto: & tis cauſa te peto: ſed mis & tis: de uſu receſſerāt. Item ablatiuus ſingularis aliquando uarie terminat̄: ut a quo uel a q. Nā dicim⁹ a quo ueniſti: & a q ueniſti: ſed a q ī uſu eē deſinit. Datiuus etiā & ablatiuus plurales plærūq; uarii ſunt dicimus enim a quis uel a quibus qui qdē uidētur hac ratione uariari quoniā ablatiuus ſingularis inuētus ē uarius. Scimus enim quia oīa quæ o terminātur in is mittūt. q ī in bus. Ergo ſicut dicim⁹ ab hoc docto: ab his doctis ita dicimus a quo a quis. Itē ſicut dicimus a puppi a puppibus ita dicimus a qui a qbus. Sed ꝓnomina quēadmodū ī declinatiōe duplicāt caſus. Ita plærūq; minuūt. Nā ſunt pronomina ubi tātūmodo genitiui ſunt: ut eccum: eccam: ellum. Sūt ubi nominatiuus & uocatiuus deeſt: ut ſui: ſibi: ſe: a ſe. Sūt ubi uocatiuus tantū deeſt in pronomine quod ē ego.

VErbum eſt orationis cum tempore & perſona ſine caſu: Quod dixit cum tēpore & perſona connexum intelligēdum eſt. Neutum enim poteſt in uerbo ab altero ſeparari. Nam ſi ſolam perſonam uelis intelligere pronomē eſt. ſi ſolū tempus participium eſt: ſi utrunq; ſimul tunc uerbū eſt. Quod autē adiecit ca

ſu carere uelut ſuperflue eſt cōpoſitū. Quis enim neſcit uerbū carere caſu. Sed timuit ꝑ
pter illas elocutiones quæ ſic formātur quaſi caſum habeāt: ut da mihi bibere: ſic eſt enī da
mihi bibere: ut ſi dicas da mihi uinū qd' utiq; caſum habet: ne qui ergo propter ſimilitudinē
elocutionum putarent caſum modo infinito attribui: ideo dixit penitus caſum a uerbo repo
ni. Nam illæ elocutiones caſum non recipiunt ſed græcam elocutionem ſequuntur.

QUalitas uerborū diuiditur in modos & formas. Modi oēs ſunt octo. Indicati
uus: Imperatiuus. Promiſſiuus. Optatiuꝰ cōiūctiuus. Infinitus. Impſonalis:
Gerūdiuus. Sed ex his qnq; uolūt eſſe legitimos. de tribus uero dubitatur. i.
de ꝓmiſſiuo Impſonali. Gerūdiuo. Indicatiuus dicit' modꝰ quoniā ꝑ ipm qd'
gerimus idicamus: ut ē lego. Impatiuus quoniā ꝑ ipm imperamus ut ē lege.
Optatiuus quoniā hēt aduerbiū optandi. ut utinam legam. Cōiunctiuū uero
modū nō ideo cōiūctiuū dicimus quia habet aliquid cōiunctū ideſt cū: Nā & optatiuus in
ciperet eſſe cōiunctiuus quia hēt aduerbiū coniunctū utinā: ſed ideo dictus eſt coniunctiuꝰ
quia in loquēdo cū ſolus locutionem implere nō poterit coniungit ſibi indicatiuum: ut cum
ſcripſero faciam & cum dixero legam. Infinitiuus dicitur modus quia nō definit ꝑſonas: ſed
omnes tres uno uerbo profert ut eſt legere. Cæteri uero modi in perſonis differētiam faciūt
quod probatur hac elocutione. legere uolo. legere uis. legere uult. Nam quoniam uolo uis
uult indicatiuus eſt modus differentia facta eſt perſonarum: quoniam uero legere infinitus
eſt omnes uno modo ploratæ hi ſunt generales modi. Illi uero tres de quibꝰ dubitatur ita ex
plicandi ſunt. Qui negant promiſſiuum modum eſſe hoc aſſerunt eſſe ſuperfluum hūc pu
tari modum quoniam indicatiui modi ſit tempus futurum ideſt legam ſcribam. Qui autem
dicunt proprium modum eſſe negant indicatiuum modum tempus futurum per rerum na
turam habere poſſe. Nam ſi indicatiuus modus ideo dictus eſt: quod per ipſum indicamus
Nemo autem indicat niſi quæ nouit futurum habere non poteſt quia nemo indicat. De imper
ſonali autem modo hæc loquuntur. Plæriq; hunc modum dicunt quia ſic de uerbo naſcitur
quemadmodum cæteri modi ut lego lege legitur: ſed tamen non probat' modus eē: ſed uer
bum. Nam cū unuſquiſq; modus non poſſit currere per modos nam habet indicatiuum le-
gitur. Imperatiuum legatur: coniunctiuum cum legatur. Item gerundiuum quē dicunt mo
dum plæriq; negant eum modum eſſe: ſed dicunt participiorum a paſſiuo futuri & præteriti
eſſe declinationem ſed eſt modus: quia in o deſinit ultimo tempore ſuo in qua littera nullū de
ſinit participium & ſignificationem habet tam agentis q̄ patientis: quod utiq; non haberet
ſi participium paſſiuum eſſet. Et enim cū dicimus cantando & agentis & patientis habet ſi-
gnificationem: quod probatur teſte Virgilio. Nam ubi dicit. Cātādo tu illum agentis ſigni-
ficationem oſtendit ubi dicit cantando rumpitur anguis patientis.

FOrmæ ſunt quattuor: per quas non declinatio: ſed ſignificatio uerborum ex
plicatur: quæ ideo quattuor ſunt quoniam omne quod agimus quattuor tē
porum officio continetur. Nam aut cogitamus utrum agendum ſit: aut qd'
placuit inchoamus: aut inchoata cōplemus aut cōpleta iteramus: iccirco ip
ſæ formæ hæc nomīa acceperūt una enim Meditatiua q̄ nō agere nos aliqd
ſed adhuc uelle agere oſtēdit ut ē lecturio ſignificat enim nō lego: ſed legere
uolo. Secūda ē inchoatiua: quæ aliquid nos nūciare oſtēdit ut ē caleſco quod ſignificat cale
re incipio. Tertia ē perfecta ut eſt lego: quæ plenum oſtendit actum. Quarta eſt frequenta-
tiua quæ nos ſæpe agere aliquid oſtendit: ut lectito ſignificat enim ſæpe lego. Quas formas
plæriq; ueluti milites refutare uolunt: ſed conuincuntur ſecundū rationē naturalem. Multa
enim ſunt quæ proprie non niſi iſtis poſſunt explicari. Meditatiua autem formam in rio deſi
nit ut ſcripturio: lecturio. Inchoatiua autem uerba quinq; regulis continentur. quarum ſi

una defuerit inchoatiua non erunt debent enim in ſco ſyllaba exire & originem ducere a neu
trali uerbo: & tertiæ eſſe cōiugatiōis correptæ: & carere tēpore præterito ꝑfecto & pluſquā
ꝑfecto carere etiā participio futuri tēporis. Ideo aūt ĩchoatiua carēt tēpore ꝑfecto q̃a omnia
quæ inchoātur nihil ꝑfectum habere debent. Frequentatiua forma in to quādo exit ſemper
primæ coniugationis eſt: ut lectito: as curſito: as. ſcriptito: as. Si aūt in ſo. exeat etiam ter
tiæ eſſe poteſt ut laceſſo: laceſſis: faceſſo: faceſſis.

COniunctiōes tres ſūt noīa habētes ab ordine litterarū. quærūtᷣ āt ĩ qnqꝫ rebus. i. ĩ
dicatiuo modo tēpore p̄ſenti nūero ſingulari: ſecūda ꝑſona ante litteras uel āte ſyl-
labas ante litteras ĩ uerbis actiuis & neutralibus: ante ſyllabas ĩ cæteris. i. in paſſi-
uis cōmunibus deponētibus. Ergo ubi a fuerit prima coniugatio eſt: ut amo amas: ubi. e. ē
ſecūda ut doceo doces: ubi. i. tertia ut lego legis: ſed tertia plerūqꝫ & correpta ē: & ꝓducta:
quod deprehēditur hac ratione. Si correpta fuerit in paſſiuo penultima ſyllaba. e habebit ut
lego legis legor legeris. Si autē ꝓducta fuerit. i. reſeruabit ĩ paſſiuo: ut nutrio nutris: nutrior
nutriris. Quæ uarietas etiā de ĩperatiuo modo colligitᷣ: nā tertia correpta ĩ. e. exit: ut lege. ter
tia ꝓducta in. i. ut nutri. Itē infinitiui modi penultima ſyllaba quæ ſi lōga fuerit ꝓductā con
iugationē eē demōſtrat: ut nutrire. Si breuis correptā eē demōſtrat ut legere. hæ āt cōiuga-
tiones futurū tēpus ĩdicatiui modi uarie mittūt. Nam prīa & ſecūda cōiugatio in. bo. dicūt:
ut amo amas amabo. doceo doces docebo. Tertia uero correpta in am tantū mittit: ut lego
legis legā. Tertia ꝓducta duas hēt regulas requirēdas in indicatiui modi tēpore p̄ſenti ſi an
te. o. ultimū. e. fuerit correptū ĩ bo tantū mittit: ut exeo exibo. Si aūt. i. habuerit ante. o. futu
rū tēpus & in bo. mittit: ut ſeruio ſeruis ſeruibo: quas regulas. Probus artifex tuetur.

VErborum genera ſunt quinqꝫ. Actiua. paſſiua. Neutra. Cōmunia: Deponentia
Quæcunqꝫ illę ſint diffinitiones quæ hic lectæ ſunt uarie tamen quantum ad ſi
gnificatiōes id pertinet. Omnia iſta quinqꝫ duas habet ſignificatiōes: ideſt aut
agētis aut patiētis. Hinc eſt qđ in neutrali uerbo & agētis & patiētis ĩuenimus
ſignificationē. agentis ut nato: & patientis ut uapulo. Item deponēti uerbo ubi ſola utiqꝫ de
buit eſſe paſſiua ſignificatio & agentis non nunq̃ ĩuenitur: ut eſt loquor. Cōfuſio aūt. Com
munis uerbi caſibus ſegregatur. Nam ſi accuſatiuum caſum iungas agētis eſt: ut criminor
illum. Si ablatiuum patientis: ut criminor ab illo.

TEmpora ſunt quinqꝫ. præſens quod agit. ut lego: Præteritum ĩperfectum quod
omiſſum eſt & nō completum ut legebam. præteritum perfectum quod cōple
tum eſt paulo ante ut legi. Præteritū pluſq̃perfectum quod cōpletum eſt olim:
ut legeram. Futurū quod imminet: ut legam. Unde uitioſe loquūtur: q dicūt ex
pecta modo egrediar. Nā iungunt ſignificationem futuram & præſens tempus. Item qui di
cunt cras lego lectionem: uitioſe loquūtur. Nam cū lego temporis præſentis ſit cras uero ad
uerbium futurū utiqꝫ hæc locutio nō cohæret. Tractandum eſt illud an ſana ſit locutio hæc
cras legam an cras lego. Cras lego ut diximus uitioſum eſt. Cras aūt legā ideo nōnulli uitio
ſum iudicant: quoniam duo futura quaſi in aliud futurum nos deferunt.

MOdi uaria tēpora recipiūt. Indicatiuus enim oīa quinqꝫ habet ſupradicta tēpo-
ra. Imperatiuus enī uero duo tantū præſens & futurū. Optatiuus tria: ſed
geminata. Nā præſens & ĩperfectū pro uno eſt: Itē perfectū & pluſquāperfe-
ctū habet & futurū. Cōiūctiuus tot tēpora hēt quot & ĩdicatiuꝰ. Infinitus tria
habet tēpora præſens: præteritū: & futurū. Sed ſcire debemus in oībus paſſiuis uerbis præ-
terita tēpora ideſt perfectū & pluſquāperfectū habere ulteriora præterita. perſonas oēs mo
di ſegregatas habēt abſque ĩfinito ubi cōfuſæ ſūt ut diximus ideſt tres. Modus aūt ĩpera
tiuus hēt difficultatē perſonarū quæ talis eſt: prima ꝑſona in tēpore præſenti deficit ſed ĩ nu
mero ſingulari. Cæterū in nūero plurali nō deficit: Ideo aūt deficere creditᷣ: tā in ꝑſona quā ĩ

numero quoniã omne imperatiuum in alium ꝑcedit: ideſt ſecunda perſona naſcitur: in tempore uero futuro tã in numero ſingulari quã in numero plurali prima perſona deficit. Secunda uero & tertia in numero ſingulari uno modo ꝓferuntur: ut legito tu legito ille: ut eſt apud Virgilium. Tertius argolica hac gallea cõtentus abito. Nã ſi dicam legito legat: legito quidem erit tẽpus futurum: legat uero præſens Item tertia pſona numeri pluralis: his regulis cõtinetur. Indicatiuo modo tẽpore præſẽti tertia pſona numero plurali. o. accipit. & facit hãc perſonã. Imperatiui modi p omnes cõiugationes amãt amãto: docẽt docẽto: legunt legũto: nutriũt nutriũto. quod ſeruare maiores ut ait Horatius & quocũqꝫ uolent animum auditoris agũto. Nã diceret agãt tẽpus præſens oſtẽdere nõ futurꝫ. Pría cõiugatio & tertia correpta tot ſyllabas hẽre debẽt in ſecũda pſona quot in prima habet idicatiuo mõ: ut amo amas: lego legis. Quod aũt aliter fecerit anomalũ eſt: ut edo es: comedo comes.

ADuerbium dictũ eſt eo quod neceſſe habet hãc ptẽ orationis uerbũ ſequi: ut cras faciã hodie legã quottidie ſcribo: ſed nõ ut neceſſe eſt uerba ſequi aduerbium. Ita neceſſe eſt aduerbiũ ſequi uerbũ. Nam quãdo dico facit orator. eſt elocutio plena q̃q̃ ſine aduerbio. Põt ergo uerbũ ſine aduerbio poni. Aduerbium aũt ſine uerbo nunquã ponit. In ſignificationibꝰ aduerbioꝝ localia aduerbia diligẽter animaduertẽda ſunt: quæ habẽt quatuor ſpẽs. In loco de loco ad locũ: & p locũ. In loco ſunt hæc: hic illic ibi intus foris. De loco ſũt hæc hinc illic inde aliũde uno mõ tã de loco quã in loco: ꝓferũtur. i. ſine cõiunctione ꝑpoſitiones. Ad locum ſũt hæc huc illuc iſtuc illo intro foras. Per locũ ſunt hæc hac illac illa. Ergo aiaduertere debemus: ut quotiẽs fuerint aduerbia in loco iũgamus uerba quæ habeãt hãc ſignificationem in loco utputa ibi ſum illic ſedeo itus & ſimilia. Quotiẽs ſunt autẽ aduerbia quæ ſignificãt ad locum iũgamus his uerbis ſimiliter quæ debeãt ſignificationẽ euntis: ut pergo illuc: uado illo: proficiſcor intro & ſimilia. Nam ſi qs dicat uenio ubi uitioſum eſt. Venio enim ſignificationis eſt ad locum: ibi uero in loco eſt: & duo hæc diuerſa nunquã cohærent. Nam omnia aduerbia non recipiunt comparationem: ſed ea tantum quæ ducũt originem a nominibus recipientibus comparationem: ut doctus docte: iure enim dicimus doctus doctiſſime: quoniam & nomen ipſum facit doctior doctiſſimus. Aduerbia autem quæ cõparantur in paſſiuo gradu duas habet regulas. e. & . er. ut docte fortiter. In comparatiuo unam ut doctius & fortius. In ſuperlatiuo autem unam. e. quod ſemper productum eſt: ut doctiſſime fortiſſime. Quando autem poſitiuus. e. terminatur: & quando. er. datiuus ſingularis oſtendit. Nam. e. tum terminatur aduerbium in poſitiuo quando datiuus ſingularis o. fuerit terminatus: ut docto docte: claro clare. Tunc autem aduerbium. er. terminatur. quando datiuus ſingularis. i. fuerit terminatus: ut huic agili agiliter: & huic forti fortiter. Quæ has regulas non ſeruant aduerbia anomala ſunt. Nomina prouinciarum ſemper recipiuntur præpoſitiones: ut ad campaniam pergo: de campania uenio. In campania ſũ.

Econtrario nomina ciuitatum nunquam recipiunt præpoſitiones quando funguntur uice aduerbiorum. Verumtamen ſi ad locum ſignificant accuſatiui forma ſequenda eſt: ut Carthaginem uado: ſi de loco ſecundum ſeptimum loquimur: ut Carthagine uenio: ſi in in loco duplex regula eſt. Nam ſi nomen fuerit ſecundæ declinatiõis: aduerbium in loco fit ſecundum formam genitiui: dicimus enim deli fui beneuenti fui: quoniam huius deli huius beneuenti genitiuus eſt. Si autem nomen erit alterius cuiuſcunqꝫ declinationis. tunc formam ſequimur datiui caſus: dicimus enim Carthagini fui. Tyberi fui: quoniam huic Carthagini huic Tyberi datiuus eſt. Sciendum eſt ſane pauca nomina his regulis repugnare: ut eſt Narbone in philippicis Cicero. Cum Narbone menſas hoſpitium: conuomeres. Debuerit enim dicere Narboni. Item Virgilius ait Tyria Carthagine qui nũc expectat inquit Carthagine non Carthagini quod erat regula. Sed Cicero Antyptoſim fecit.

Virgilius uero metri neceſſitatē mutata regula ſeruauit. Generaliter tenēdū eſt qđ aduerbiis ideſt ſolis poſitis nō debet cōiungi ꝑpoſitio ſeparatim. Nemo enī dicit de ſero de mō: Vnde nec de mane dicere debem9 quod plærūq; ī uſu habēt. Sed quoniā legimus dum mane nouū ideſt hoc ipſum mane iā nomē effectu eſt: genus enim nō recipit niſi nomē. Videmur ei adiicere poſſe præpoſitionē. Quare tutius loquūtur & ſolū aduerbium ſine præpoſitione ponūt: ut mane uenit & quādo uolūt addere præpoſitionē genus coniungūt: ut de primo mane uenio: iam eni nō uidetur iungi ei parti oratiōis quæ eſt mane: Sed quæ ē primo.

PArticipium dictū eſt quaſi particapiū. habet enim partes. a nomine duas genus & caſum. a uerbo duas tēpus & ſignificationē. ab utroq; duas numerū & figurā; ideo ab utroq; quoniā numerus & figura tā modo accidunt q̄ uerbo; illa enī bina iis tantum accidunt a quibus trahuntur.

GEnera participioꝝ ſunt hæc. Maſculinū. Fœmininū. Neutrū & omne. Maſculinum participiū in us ſyllabam terminatur: Fœmininū in. a. Neutrū in um. ut lectus lecta lectum. lecturus lectura lecturū. legendus legēda legendū. Nā hæc ſūt duo tēpora præteritū & futuꝝ quæ genera ſecūdum regulas q̄s dixius diuidūt. Præſens aūt participiū ſemꝑ generis eſt oīs: & duabus claudit̃ cōſonātibus: ut ē legēs.

CAſus totidem ſunt in participiis quot in nomine & pronomine. Participia autem Maſculina & neutra ſecundæ ſunt declinatiōis. Fœminina primæ. Omne tertiæ ī quo Ablatiu9 & .i. & .e. terminatur: ut amāti & amāte. Sed ſcire cōuenit quod ars exigit ut .e. littera terminetur. ideſt aūt ubi fuerit terminatus: Ablatiuus huius participii neceſſitas eſt aut metri: aut euphoniæ.

TEmpora in participiis latinis tria ſunt præſens: præteritum: & futurū. Regulæ tamen quattuor ſunt. Nam præſens unam habet quam diximus .ns. ut legens. Præteritum unam. us. ut lectus. Futurū uero duas habet regulas: rus. & dus: ut lecturus & legendus. Ideo aūt neutrale uerbū tot & eadē habet participia quæ & actiuum quoniā ſic declinatur ut actiuum. Nam participia declinatione noſcūtur: Deponēs aūt uerbū participiū futuri in rus mittit: ut auxiliaturus. Nam ideo dictū eſt deponens nō quod .r. litteram nō deponat. (Nam & commune dēponēs eſſet: & hoc .n. r. litteram nō reliquit). ſed ideo deponens dicit̃: quod deponit participiū declinationis ſuæ ideſt futurum quod dus ſyllaba terminatur. Nemo enim poteſt dicere loquendus: licet inueniamus apud poetas hanc uſurpationem. Cōmune uero uerbum ideo habet quattuor paricipia: quia cōmune eſt .i. agentis & patientis habet ſignificationem & nouimus quod duo participia ueniunt ab actiuo & duo a paſſiuo. Sane ſcire debemus quod licet latinitas non habeat neque præteritum participium ab actiuo: neq; præſens a paſſiuo. inuenitur tamē apud poetas talis elocutio ubi alterius tēporis ꝑ hac ſignificatione ponat̃: ut eſt Virg. Et qua uectus abas & qua grandeuus a lethes. Vectus enim dixit pro eo quod eſt uehebatur. Regulæ participiorū ita ſe habent ut participiū futuri tēporis a paſſiuo regat participiū præſētis temporis ab actiuo ideſt ut de participio futuri temporis a paſſiuo ſublata dus ſyllaba & addita .ſ. littera & faciamus participiū præſentis tēporis ab actiuo: uel ecōtrario: Item participiū præſentis temporis a paſſiuo ſublata .s. littera & addita rus ſyllaba facit participiū futuri temporis ab actiuo: ut lectus lecturus: uel ecōtrario. Sed his regulis repugnāt pauca participia noua ratione uſurpata ut eſt moriturus quod nulla ratione dicitur ſublata enim. rus. ſyllaba & addita .s. littera moritus facit quod latinitas non habet nam mortuus dicimus: Et illud ſciendum eſt maiores noſtri ſæpe a uerbis neutralibus: præſentis temporis uſurpaſſe participia: ut eſt regnata. triumphata. placita: nupta: pranſus: cœnatus & ſimilia. Quibus nos ideo utimur quoniam auctoritate firmantur: non tamen poſſumus de aliis uerbis neutralibus ſimiliter quæ non lecta ſunt uſurpare: Sed debemus ea tantum quæ lecta ſunt dicere.

COniunctiones dictæ ſūt ab eo quod cōiungant elocutionem: Nam ſi quis dicat: ego tu eamus diſſidet elocutio: ſi interponas &.& dicas ego tu eamus incipit cohærere. Copulatiuæ dicuntur eo quod & uerba & ſenſū copulāt ut ſi qs dicat ego & tu eamus. Nā in hac elocutione & uerba coniūcta ſūt & ſenſus. Vtrunq; enim iturum ſignificat. Diſiunctiua uero penitus cōtra naturā ſermonis fuiſſet inuenta: niſi uerba coniungeret: Nam quid tam cōtrarium coniunctioni: quam habere ſpecies coniunctionis? ſed ideo diſiunctiua dicitur qđ ſenſus diſiungat. Nam uerba coniungit: ut ſi quis dicat ego aut tu eamus: nunc enim elocutio coniuncta: ſed ſenſus diſiunctus. Non enim utrunq; ſed alterum iturum ſignificat. Expletiuæ dicuntur cōiunctiones eo qđ illud quod minus fuerat expellere contendūt ut ſi quis dicat negligenti lege dicendo lege in eo eū arguit quod non legit. At ſi dicat ſaltem lege: in eo arguit quod nihil oīno agit. Inter caſuales & rationales hoc intereſt qđ tunc utimur caſualibus quādo de cauſa loquimur. tūc rationalibus. quādo de ratione. Cauſa eſt āt quæ nos impingit ad aliquid faciendum. Ratio aūt qua utimur in faciendo. Sed plane faciendū eſt qđ pro rationalibus cauſales ponere poſſumus: & ꝓ cauſalibus nunq̄ ponimus rationales. Etenī cauſa non ſtatim rationē recipit. Vbi aūt non eſt iā cauſa præceſſit. In ordine aūt hoc ſeruandū eſt quod ſūt aliquæ quæ ſemp̄ præponunt̄: ut aſt: at: dicimus enī aſt ego quæ diuū incedo regina. nō ego aſt: Et itē at pater Anchiſes. nō enī pater at. Poſtponuntur uero q; & autem: dicimus enim primuſq; machaon nonq; primus Machaon. Et hoc aūt fac: non autem hoc fac. Igitur uero & primo & medio & ultimo cōuenit loco: dicimus enim igitur patres conſcripti cenſuerunt & patres igitur conſcripti cenſuerunt.

PRæpoſitio dicta eſt. quod in loquendo præponitur dicimus enī apud amicum ſum. Excepta bina præpoſitiōe quæ nūquā præponit̄: ſed poſtponitur ſicut tenus dicimus enim pubetenus & nō tenus pube. & excepta altera præpoſitione ideſt cū ſcilicet in pronominibus nōnullis: ut mecū: tecū: nobiſcum: uobiſcum: quod cōtra artē ex aperto dicitur: nemo enim dicit cum me cū te ꝓpter cacēphaton: Natura enim ꝑpoſitionis exigebat: ut ꝑponeretur. Accuſatiuæ ꝑpoſitiōes ſūt. xxx. quæ accuſatiuo tantū iunguntur uel ſingulari uel plurali. Ex his ad & apud diuerſas habēt ſignificatiōes. Nam ad: ad locum ſignificat: ut ad patrē uado. Apud uero in loco: ut apud parentes ſum: ſed ad nōnunquā auctoritate etiam in loco reperitur: ut decem fiſcos ad ſenatorē illum relictos & apud Maronem. Ad Troiā pro caris geſſerat argis. Tentauerūt plærıq; facere diſcretionē & in hac elocutione: quæ fit de ad & de in. ut ad forū uenio & in forū uenio: Etenim ad forū uenio eſt ad forū accedo: in forū uenie forū ingredior: ut ſit illud potius propinquātis ad locū: hoc autem locū ipſum tenētis: ſicut uidetur locutus eſſe Saluſtius dicendo: ire utiq; imperatores ad urbem erant utiq; impediti ne triumpharēt calumnia paucorum. Nam ſi nec dum triumphauerāt: urbem īgreſſi non fuerant. Ergo ad urbem quod dixit propinquātis ſignificatio habetur: non ingredientis. Vſq; etiam præpoſitio nouo modo ſibi aliam coniungit præpoſitionem: dicimus enī: ut Virgilius aduſq; columnas exulat. Nec ſequi debemus quod nōnulli dicunt uſq; aduerbium eſſe: multo minus enim ſibi iungeret præpoſitionem ſi aduerbium fuiſſet. Aduerbio enī ſæpe præpoſitio ſeparatim nō cohæret. Et. e. & ex præpoſitiones habēt differentiam: nā ſi pars orationis ſequatur a uocali inchoans præponimus: ut ex animo. Si autem a conſonante inchoet. e. ut. e. foro. E contrario autem poſitæ aut hiatum faciunt: aut aſperitatem hiatum. e. animo aſperitatē ex foro. Clam præpoſitio: quam donatus īter ablatiuas poſuit ſcire debemus quod indifferenter pro arbitrio dicentis & ablatiuo iungitur & accuſatiuo: dicimus enim clam patre & clam patrem: Inſub: ſuper: & ſubter: & accuſatiuæ ſunt & ablatiuæ. Sed apud maiores noſtros indifferenter ponebat ideſt nulla lege ſeruata. Nam

& Virgilius dixit. Rapuitq; in fomite flammam pro in fomite: & Hora. Naſo diſtrictus enſis quod ſuper magna ceruice pēdet: pro ſuper ciruicem. Cicero fortes in eo quiritis: ꝑ in eū & ſimilia. Aetas poſterior ſuper & ſubter accuſatiuas fecit: in uero & ſub cōiungitur accuſatiuis caſibus cōmutatio eſt loci: ut in forum uado. Sub baſilicam uado. Tunc iungitur ablatiuis cum permanſio eſt uerborum. quæ elocutione præponenda ſunt rōne colligit̃. Nam pergo proficiſcor & huius motū ſignificāt. Sto: ſedeo: dormio: & huius permanſionem. Loquelares præpoſitiones ideo dicuntur quia ſemper cohærent: ut conduco: recipio: cohærere autem eas res illa ſignificat: quod nō patiuntur in ſignificatione interpoſitionē. Nemo enim dicit con tibi duco: aut re illum cipio. Præpoſitiones cum poſt poſitæ fuerint ſi caſum ſuum referuent adhuc præpoſitiones ſunt: ut tranſtra per & remos. ſi aūt caſum mutēt fiūt aduerbia: ut tēpore poſt. Sed plærumq; metrorum ratione etiam præpoſitæ idem faciūt: ut longo poſt tempore uenit. Et illud ſciendum eſt præpoſitiones utriuſq; caſus quotiens pro aliis p̄poſitionibus ponuntur illis eas caſibus iungi quibus iungitur illæ pro quibus ponuntur: ut in alterum. Nam quoniam in modo contra ſignificat. tantum accuſatiuo iungenda eſt. Cōtra enim accuſatiui caſus eſt. Item ſuper priamo rogitans: quoniam ſuper de ſignificat tantum ablatiuo iungenda eſt: de enim ablatiui caſus eſt.

INnteriectiões proprie ſunt affectus uoce ĩcognita cōdita expreſſi: ſed & plenꝰ frequēter ſermo ꝑ iteriectiõe habet̃: ſi affectum ſignificet: ut ꝓprie dolor & ſimilia.

SVnt noĩa ſimilia participiis p̄ſentis temporis ut demens: legens: quæ hac ratione diſcernuntur. Si enim nomen fuerit comparationem recipit: ut dementior demētiſſimus: ſi autē participium fuerit nō recipit cōparationē. Nemo enim dicit legentior legentiſſimus. Quid ſi ſit nomen non ſimile participio ſed quid ſit & participiū aliā recipit diſcretionem ut eſt amans quod & nomen ē & participiū. Nā ſi ſit nomē genitiuo iūgitur ut amās tui: ſi aūt participiū ſit accuſatiuo iūgitur: ut amās te: quēadmodū colēs te. Si aūt inueniantur noĩa ſimilia participiis p̄teriti tēporis uel potius eadē & participia diſcernūtur in declinatiõe. Nā participia ſi fuerint ſecūdæ ſunt declinatiõis ut hic uiſus huius uiſi. hic auditus huius auditi. Si aūt noĩa fuerint erūt q̃rtæ declinatiõis: ut hic uiſus huius uiſus. hic auditus huius auditus. Quāq̃ hæc q̃ diximus etiā illa ratione diſcernimus. qđ participiū tūc eſt quom tēpus hēt: utputa ille auditus eſt: quom aūt nō habet tēpus nomē eſt: ut auditus meus obtuſus eſt: & uiſus meus breuis.

SERGII GRAMMATICI IN SECVNDAM DONATI EDITIONEM COMMENTARIVS.

QVæ ſunt principales partes oratiõis nomē & uerbū eo quod ipſæ ſolæ faciūt elocutionē ut Cicero ſcripſit. Virgiliꝰ fecit: & ſine ipſis nulla pars ĩplet elocutionē. Nā quādo dicimus ipſe legens dixit. Ariſtotelici dicūt duas eē partes oratiõis nomē & uerbū. Stoici quinque. Grāmatici octo. Plæriq; nouē. plæriq; decē. plæriq; undecim. Interiectionē græci penitꝰ nō habēt: ſed iter partes oratiõis. ideſt ĩ octo nō cōputāt. Nos articulo nō penitus caremus ideſt eū articulū ſed ĩ ꝓnoĩe cōputamus. Tres ptes oratiõis ſūt q̃ caſibꝯ declinantur: nomē: ꝓnomē: participiū: & una q̃ tēpibꝯ ideſt uerbū. Cæteræ oēs q̃ttuor nō declinātur. Quæſitū ē quādo pars oratiõis officio fungit̃ utrū ius ſuū retineat an eius cuius accipit ſignificationē nā frequēter iuenimus & noĩa ꝓ aduerbiis poſita ut toruū clamat & aduerbia pro noĩbus: ut mane nouū. Quare ſciendū eſt quoniā ſi nomē ſit ꝓ aduerbio inſtitutū incipit nō poſſe declinari. Etenim cum deſinat eſſe quod eſt & trāſeat in aduerbium incipit iam non poſſe declinari: quemadmodum nec illud aduerbium naturaliter declinatur. Item aduerbium ſi tranſeat in ſignificationem nominis nonnunquā declina

tur quoniam ſignificat eam partem orationis: quæ recipit declinationẽ. Vnde eſt illud apud
Plautum a primo mane uſque ad ueſperum modo mane nomen eſt hoc mane huius manis
huic mani: hoc mane ab hoc mane. Nam ſi aduerbium eſſet nec genus reciperet nec præpo
ſitioni adiungeretur: nec poſſet terminari.

PRoprium nomen in quattuor diuiditur partes. Prænomẽ. Nomen. Cogno
men. & Agnomẽ. Prænomẽ eſt quod in loquẽdo p̄ponim⁹ ut publius: No
men eſt commune familiæ ut Cornelius. Cognomen eſt propriũ uocabulũ
ut Scipio. Agnomen ẽ qđ extrinſecus ſummitur uel a uirtutib⁹ ut Affrica
nus uel a uitiis ut iugulator. Sed ſciendum eſt quod plærũq; cõtingit: ut tan
tũmodo inuenitur: ut ecce Romulus unũ tantũ habet. plærũq; duo: ut Nũ
ma pompilius. plærunq; tria: ut Publius Virgilius Maro. plærunq; quattuor: ut Publi⁹ Cor
nelius Scipio Affricanus. Sane ſciendũ eſt qđ quotiens unũ inuenitur cognomen eſt: nemo
enim poteſt eſſe ſine uocabulo: quotiens duo plærunq; p̄nomen & cognomen ſibi libertus
eſt. Nam non poteſt libertus habere nomen quod familiã ſignificat cum ipſe ſine familia ſit.
Appellatiuorum ſpecies ſunt uiginti ſeptem. Sunt nomina corporalia quæ uidemus & tan/
gimus ut terra lapis. Sunt incorporalia: quæ nec uidemus nec tangimus ut pietas iuſticia.
Sunt primæ poſitionis quæ a natura firmata ſunt ut mons ſchola. Sũt deriuatiua quæ a pri
mæ poſitionis nomine eiuſdem dicuntur ut montanus ſcholaſticus. Hæc autem deriuatiua
non regulis ſed auctoritate firmantur nam plærunq; inuenimus uaria ab uno ſermõe. ut tu
der eſt tudertinus tuders. Sunt etiam diminutiua: quæ ſententiam minuunt & non ſemper
ſed frequenter ſyllabis creſcunt ut agnus agnellus. ſunt etiam alia ſono diminutiua: ut tabu/
la fabula in his ſignificatio principalis eſt: ſed enunciatio diminutiua. tunc enim reuera eẽnt
diminutiua ſi haberent alia principalia: ut oculus ocellus. ſunt quæ dicuntur tota græca ut
Dido mantho græcæ hæc & latinæ poſſunt declinari græcæ ut dido didous latinæ dido dido
nis: mantho mantous & mantho mantonis. ſunt quæ tota latina appellantur: quæ lõge a lit/
tera. a latinis proferuntur: q̄ a græcis. Nam quom græci dicant. Pollydeus latini appellãt pol
lux. Hæc autem quæ tantum latina ſunt latinæ declinamus. Sunt quæ appellantur notha q̄
non primis ſyllabis ſed ultimis a græco ſermone diſſentiunt: ut achilleus achilles: agamem/
non agamemno & fere omnia græca quæ in on exeũt. detracta enim on ſyllaba per breuem
o proferuntur: ut apollon apollo platon plato. ſunt ſymonia quæ uarias habent elocutiones
ſed uniam ſignificationem ut terra ſolum humus tellus. ſunt omonyma ſuperioribus contra
ria ut aries: nam & machinamentum eſt quo muri expugnantur: & ſidus in cælo: & animal
in terris aries uocatur. ſunt patronymica quæ trahuntur non tantum a patribus ſed etiam a
parentibus. Nam inueniuntur & a matribus dicta hetideus retoides: & ab auo: ut æacides:
& a maioribus ut dardanides æneades & a uitrico: ut amphytrionides. ſic ergo dicimus pa/
tronymicam non a patre tantum ſed a parentibus tracta ut dicimus patricidam non qui pa/
trem tantum ſed qui quẽq; parentum necauerit. Hæc autem patronymica ſi græca fuerint ĩ
des exeunt ut atrides aut in ius ut atreius. aut in on ut atrion. ſed quæ in des exeunt tantũ pa/
tronymica ſunt ut atrides agamemnon. Quæ in ius exeunt & patronymica & poſſeſſiua
ut atreius agamemnon & atreius gladius Euandrius enſis. Quæ autem in on exeunt in lati
num ſermonem non tranſeunt. Fœminina autem aut in is exeunt ut atreis: aut in ias ut atre
ias. aut in en: ut atrien. ſunt etiam nomina adiectiua quæ plærunq; ſenſum habent: ſed con/
iunctione iactantur: ut magnus fortis. dicimus enim magnus uir fortis exercitus. Sunt
etiam qualitatis quæ trahuntur ab animo a corpore extrinſecus: ut doctus niger fœlix.
Sunt quantitatis quæ trahuntur a menſura ut longus latus. Sunt gentis quæ gentem ſi/
gnificant: ut græcus hiſpanus. Sunt quæ patriam ſignificant: ut Romanus. Sunt quæ nu/
merum; ut unus duo tres quattuor quinque. Sunt quæ ordinem ut quintus ſextus. Sunt

quæ ad aliquid dicuntur: quæ penitus non poſſunt ſine alterius coniunctione intelligi ut patet. Non enim poteſt dici niſi filium habeat. Sunt ad aliqualiter ſe habentia: quæ contrario ſignificationem ſumunt: ut dexter ſiniſter niger candidus. Sunt generalia in quibus ſpecies continentur: ut animal. Nam animal dicitur & homo & canis & equus ſunt ſpecialia ut ſunt ea quæ diximus canis homo & equus. Nam illa ſunt ſpecialia: quæ genere diſcernũtur. Sunt facta de uerbo ut dictor lector. Hæc autem ſemper in tor exeunt & oriuntur a gerundii modo ultimo tempore & ultima ſyllaba in tor uerſa per omnes coniugationes ut amatu amator. doctu doctor. auditu auditor. lectu lector. Sũt etiam participiis ſimilia: ut demẽs nam ſic eſt demens quaſi legens: ſed demens nomen eſt quia recipit comparationem. i. dementior legens uero participium quia non recipit ſimiliter comparationem. Sunt etiam uerboſimilia: ut contemplator: ſed hæc cum caſum acceperunt nomina ſunt & contemplator huius contemplatoris facit. Cum autem tempus habuerint uerba. Vt Maro dixit contemplator aquas dulces. Sed comparatiuus gradus generis eſt ſemper communis excepto uno quod eſt ſenior hoc enim ut Probus dicit tantum generis maſculini eſt: nam omnia quæ recipiunt comperationem qualitatis ſunt & quantitatis ſic. ut puta non omnes qui ſtudent cauſas agunt quiſquis autem cauſas agit: ſtuduit ſine dubio. Recta comparatio eſt quæ primã ſyllabam itegrã ꝑ omnes ſeruat: ut doctus doctior doctiſſimus. Si autem integrã nõ ſeruat inæqualia efficit nomina quæ ſunt tantum tria bonus: malus: magnus: cum conſtet comparatiuum gradum minus ſignificare uideatur ut clarior clariſſimo. doctior doctiſſimo. Præterea ipſe comparatiuus nonnunquam poſitiuum ſignificat quando dicimus ſenior ſignificãs tamen ſenex. At cum Saluſtius dicit. Mare ponticum dulcius eſt q̃ cætera. modo inuenitur Comparatiuus non ſolum comparatiuus non eſt: ſed nec poſitiuus. Nam mare non modo dulcius non eſt: ſed nec dulce quidem. Donatus dicit quinq; tantum aduerbia genitiuo eſſe iungenda: tanq̃ magis minus maxime minime ea ſcilicet ratione: quoniam uim in ſe habent comperandi: atq; ideo non debent comparatiuis caſibus iungi ne uideatur comperatio geminata. Qui. n. dicit tã doctior pene dicit hoc doctior doctior: qđ latinitas non patitur. Probus autem dicit omnia aduerbia quæ uim augentis aut minuentis in ſe habent non debere coniungi nec ſuperlatiuo nec comparatiuo. ut ſunt iſta ualde multum plurimum per & ſimilia. Nam iſta nomina tantum poſitiuis gradibus debemus adiungere. Quod ſuperlatiuum dicit genitiuo plurali non adeo uerum eſt nam inuenimus eum etiam ſingulari genitiuo poſſe coniungi tunc quando nomina ſunt enuntiatione ſingularia intellectu uero pluralia ut eſt O danaum fortiſſime gentis. Quod dicit enuntiatione maſculinum intellectu eſſe neutrum pelagus uerum eſt uulgus falſum eſt. Nam uulgus & neutro & fœminino genere legimus apud Virgilium fœminino. In uulgum ambiguam neutro ignobile uulgus. Balneum generis neutri eſt in numero ſingulari fœminini quidem ſecundum uſum: ut occiſus ad balneas pellicias tamen & neutraliter legimus: ut balnea uitantur in horatio. Cælum in numero ſingulari generis neutri eſt: In numero autem plurali generis maſculini: habemus enim in Lucretio. Quis totidem uertit cælos. Cæpe in numero ſingulari neutri generis eſt: ut tunicatũ cum ſale mordẽs cæpe & hoc nomẽ tres hoc ſolos habet caſus: hoc cæpe: hoc cæpe: hoc cæpe. In numero autem plurali genere fœminino ſimpliciter declinat̃. Ioca & loca ſimilia nomina ſunt: nã in numero plurali & maſculino & neutro genere declinãtur: dicimus. n. & ioca & loca & loci & ioci. In numero aũt ſingulari tantũ maſculini. ut iocus & locus. Qđ dicit genera cõmunia eſſe inter maſculinũ ut puta pampinus nõ ita itelligimus q̃ſi ſacerdos nã ſacerdos ſi maſculus ẽ hic ſacerdos dicit̃ ſi fœmina hæc ſacerdos nõ poſſumus hoc ꝑ noſtra uolũtate cõfundere: ſed ꝑ naturæ qualitatæ diſcernimus: Pampinus uero & dies & ſimilia ꝑ noſtro arbitrio uel maſculino uel fœminino genere ꝑferũtur. Nomẽ nec ĩ totũ fixũ nec in totũ mobile: at fixum leæna ſecundũ Virgiliũ Torua leæna lupũ ſeqtur ſcđm Ouidium mo-

bile eſt qui dixit: ut lea ſæua ſitim multa compeſcuit unda. Eiuſdem generis debet eſſe diminutiua: cuius generis ſunt principalia ut puta ideo hæc domuncula generis fœminini ē quia & hæc domus generis fœminini eſt. Exceptis ſcilicet paucis iſtis: ſcutum: piſtrum: canis: rana: uerna: ſcutra. nam ſcutra ſcutrini facit. beta betaculus. Puluis dicitur quia numeri ſingularis eſt tantū: ſed legimus apud Horatiū. Ouides diſpare pulueres. Item pax: lux dicit numeri ſingularis ſed legimus apud Saluſtium: paces & luces. Item quirites dicit numero tantum plurali ſed legimus apud Horatiū hunc quiritem uetus nominatiuus hic quiris. Itē idē Horatius quis te quiritem cuius nominatiuus erit hic quirites: ut dicit Petronius. Quadrigas dicit numero tantū plurali ſed. Varro dicit numero ſingulari. Virus generis neutri ē: & declinatur quemadmodum doctus hoc uirus huius uiri. Legimꝰ enī apud Lucretiū Tetry primordia uiri. Dicit noīa iā cōpoſita non debere componi & idem paulo ante dixit de com pluribus potuiſſe cōponi nec contrariū ſit ita intelligi debet ut liceat nobis nomen cōponere bis: ſed ita ut prima cōpoſitio ſenſum nobis ī cōtrariū nō uertat: ut territus impterritꝰ. Illud enim nobis nō licet facere: ut per compoſitionem primum cōuerſum in cōtrariā ſignificatione nomen per ſecundam compoſitionem ualeamus reuocare ad primā ſignificationē: ut eſt doctus: indoctus: quando antiqꝫ nulla ratione dicitur prefectum uigulum ſic dicatur quemadmodum tribunus militū ideſt ſi pro uno nomine accipitur uterqꝫ ſermo in priore parte tātummodo declinatur. Si autem uoluerimus elocutionem facere dicimus perfectus uigilibus quo tpe licet nobis ēt in hac duo noīa aliquē adferre ſermonē ut prefectus eſt uigilibꝰ.

CAſus plæriqꝫ quattuor eſſe dicunt auferentes nominatiuū & uocatiuū. Nominatiuū qui ſimilis eſt uocatiuo. Ideo autem auferūt nominatiuū quoniam quom caſus ſit ab eo quod faciat nomē habere. Noīatiuus ecōtrario rectum nomen oſtēdit. Alii quinqꝫ docēt ut græci qui ablatiuū non habent. Alii ſex ut latini qui ablatiuū addunt. Alii ſeptimū etiā addunt caſum qui ablatiuo ſimilis inuenitur. Nā quādo dico reuera doctior illo & doctior ab illo eadē inuenitur elocutio: quādo autem dico illo præſente ſuſcepi & ab illo præſente ſuſcepi: non eſt ſimilis ab utroqꝫ caſu elocutio. Nā illo p̄ſente ſuſcepi inter duas tantummodo res geri uidetur Nonnulli adiungunt octauū caſum qui fit cum quid per accuſatiuum cū præpoſitione poſſumus docere: dicimus per datiuum ſine p̄poſitione ut clarior it in cœlum & it clarior cœlo ut ſubeunt ad murum & ſubeunt muro. In flexionum autem uarietates in ſex ſunt. Aliquando enim omnes caſus uarios exitus ſumunt ut eſt unus quæ dicitur forma ex aptota. Itē pentaptota dicitur ubi quinqꝫ ſunt uarietates. Item tetraptota ubi quattuor ut eſt ſpecies. Triptota ubi tres ſunt. ut eſt templum. Diptota ubi duæ: ut cornu: genu. Nam nominatiuus accuſatiuus & uocatiuus corripiuntur. Alii tres producuntur ideſt genitiuus datiuus ablatiuꝰ Eſt etiā monoptota: quā nō bene monoptotā ſed aptotā dicimus ut nequā nam monoptota illa ſunt quibus unus tantum caſus eſt ut ſponte. Aptota uero illa ſunt ubi oēs quidē ſunt caſus: ſed nulla rōne uariantur ut eſt frugi. Inueniuntur autē noīa unū caſum habētia: ut tabo aut duo tantum ut hic iuppiter o iuppiter: aut tres tantū: ut hoc nefas: aut quattuor tantum ut huius dictionis huic dictioni hanc dictionē ab hac dictione. Sed horū nominū reliquos caſus in uſu quidem nō eſſe manifeſtum ē. In auctoritate autem ſæpius reperiuntur. Inimicus datiuum regit quanꝗ uſus uendicet nominatiuum. Inimicus enim eſt mihi dico nō meus. Item ſecundus ab illo eſt: dicimus non ſecundus illi quanꝗ iſta nomina ſuis caſibus ſeruiunt etiam aliis alia auctoritate iunguntur. Nam & pactus illam rem dicimus & illa re. Q d dicit ab his mulabus: filiabus: deabus. nos dicere debere. Sciendum eſt propter teſtamentorum neceſſitatem. Nam hæc pauca dicit Probus contra artem eſſe ſuſcepta: nec nos debemus ad iſtorum ſimilitudinem alia declinare: ea enim quæ arte carent ſola auctoritate firmātur. Vas in numero ſingulari tertiæ declinationis eſt: in numero plurali ſecundæ. Dices

ſecundum regulam tantum fœminini generis eſt. Nullum enim nomen eſt producto ablatiuo terminatum quod alterius poſſit generis inueniri quod dicimus genere maſculino idē ratio perſuaſit aduerbii. Nam hodie dicentes quaſi hoc die ſignificamus nec tamen dicimus hodie quaſi hac die: Nam quotiens nominatiuus ſingularis .n. &.r. terminatur ablatiuis in .e. etiam genitiuus pluralis in um: Exit .a. ſupradictis regulis. Accuſatiuus ſingularis tūc in .im. exit: quum ablatiuus ſingularis indubitabiliter .i. terminatur. ut ab hac ui. & ab hoc thyberi facit enim hanc uim hunc thyberim. Si autem .e. terminatur ablatiuus: tunc uariatur accuſatiuus ut ab hac puppe hanc puppem. Domus & iugerum ab antiquis aliter declinabantur q̄ hodie declinamus. Nam domus erat quartæ declinationis. Iugerum tertiæ: nos autem in hoc nomine .i. domus tres in unum caſum uſurpamus .a. ſecunda declinatione ablatiuum .a. domo: genitiuum pluralem harum domorum accuſatiuum pluralem has domos. In nomine autem iugeris: unum tantummodo uſurpamus ablatiuum ab hoc iugero. V. littera tunc retinetur in datiuo plurali: ut ipſe dixit: quum aliqua diſcernenda ſūt: ut arbutus: & arcubus: cui regulæ tamen inuenimus duo nomina contraria ideſt nulla diſcretione interueniente .u. retinentia ut ſpecubꝰ & tribubus: quæ ab iſtis regulis diſcrepant. Nomina tātum pluralia uulcanalia: mineruàlia: ideoque illæ regulæ ablatiui ſunt ſingularis hæc autem nomina ſunt numeri tantum pluralis: quæ licet regulas non habent tamen ad ſimilitudinem nominum declinanda ſunt: quæ nomina regulis continētur .i. ut ſic declinemus. hæ Kalendæ quemadmodum hi agiles hæ idus quemadmodum hæ manus: quanq̄ dixerunt ut quemadmodum regulis carent: ita uarie declinarentur. Nam inuenimus apud auctores & ancilium: & anciliorum: & uulcanalium: & uulcanaliorum. Item nomina græca .a. ſupradictis regulis ſegregantur: ut emblema: poema: & hoc iuſte. Nam ſi græca ſunt ablatiuo carent illæ autem ab ablatiuo originem ſumunt quas non poſſunt ſuſcipere nomina ablatiuo carentia: ſed hæc maiores noſtri aut tertia declinatione declinabant ſi fuiſſent generis neutri ut poema. poematis: aut prima declinatione declinabant: ſi fuiſſent generis fœminini. ut hæc pœna: huiꝰ pœnæ: quanq̄ īuenimus aliquos caſus nec ab illis nec ab iſtis regulis declinatos ideſt genitiuum pluralem: & datiuū & ablatiuū pluralē: legimus enim apud Ciceronem horum poematorum his poematis ablatiuo ab his poematis: ſimiliter & emblamatorum & emblematis. peripateſmatorum peripateſmatis: Analogia dicitur ratio declinationis nominum inter ſe omni parte ſimilium latinæ proportio uocatur. Nomina autem ſimilia ſunt omni parte ſi octo rebus ſint ſimilia ideſt ex illis quæ accidunt nomini qualitate cōparatione: genere: numero: figura: caſu: deinde exitus ſyllabarum deīde conſonantiū: rationes penultimarū atq; ſi una res ex iſtis octo deſierit ſimilibus: dicimus .n. nomen nulla ratione declinari ſimiliter cuius rei exemplū & lupus ſit lupꝰ nā ſeptē partibus conſentiunt: tamen quaſi genere diſſentiunt. Lupus enim in aliud genus: ut lupus: lupa: lepus lepa non facit.

PRobus autem pronomē in quattuor partes diuidi putauit ideſt pronomen īfinitū: finitū minuſquāfinitū: & poſſeſſiuū quod nō uidet̄ habere rationē unde Donatus melius q̄ i duas ptes in primo diuiſit. Nā ſi ea ſūt finita ꝓnomina q̄ recipiunt perſonas. Alia omnia quæ nō recipiunt ꝑſonas infinita dicēda ſunt: Vnde apparet quod infinita & minuſquāfinita ſūt & poſſeſſiua. In illis enim nō accidit certa ꝑſona: cuias: & noſtras: uel cuiates & noſtrates: nā utrūq; dicimus ſecūdū Plauti auctoritatē gentē ſignificat: ut eſt cuius gētis optime noſtræ gētis. Plæriq; accētū in ultima ſyllaba ponunt: quādo cuiam: ſed praue: Nā nulla pars orationis eſt latina abſq; prædictis: quæ poteſt in ultima accētū tenere .i. pone & alias. Sunt aliqua pronomina quæ caſibus creſcunt nominatiuo: ut quis uel qui. genitiuo ſingulari: ut mei uel mis mihi: tui uel tis. Ablatiuo ſingulari ut .a. quo uel .a. qui plurali da-

tiuo uel ablatiuo:ut a quis uel a quibus qua ratione ſiant ſuperius diximus. Sunt ecõtrario quæ caſibus decreſcunt:nam uocatiuus non inuenitur in pronomine ego. Aliquando nominatiuus & uocatiuus:ut in pronoĩe ſui ſibi ſe a ſe. Aliquãdo tantũ accuſatiuus: eccũ eccã ellum ellã. Aliquãdo tantũ genitiuus ut cuia:& cuium. Quod autem dicimus ſui aliqd eſſe pronomẽ uerũ eſt:nõ enim de poſſeſſiuo naſcitur cuius nomĩatiuus eſt ſuus. Nã ſi inde naſceretur datiuũ omitteret:ut ſuo nõ id.i. Præterea eſt aliqua differentia quod hoc ꝓnomen ſui:uel ſibi:utriuſq; numeri eſt. Illud uero poſſeſſiuũ ſuum & ſingularẽ habet numerum & pluralẽ. Quæſitũ eſt apud græcos an. O. uocatiuus eſſet articulus & prouocatus nõ eſſet. Omnes enim articuli cum de numero ſingulari ad pluralem tranſeunt uarie proferuntur:ut hic & hii huius & horum & reliqui. Quando aũt dicimus o docte & docti:& utroq; numero eundem articulum ponimus:quæ res non articulus uidetur qa non mutatur in numero plurali:ſed potius aduerbium uocantis:ut queadmodum dicimus heus uos docti:ſic dicamus o tu docte & o uos docti. Inter articulos & pronomen hoc intereſt:qđ pronomina tũc cũ ſine nominibus ſunt & abſentium nominum uidẽtur explere perſonas:ut hic & hæc & hoc: quando autem dico hic æneas huius æneæ iam nõ poſſunt pronomina dici:cum nõ fungantur eorum nominum quæ præſentia ſunt officio. Ipſa enim nomina per ſignificationem implẽt. Neuter alius:& reliqua cõſtant eſſe nomina:quoniã probus uigiti & unum dicit eſſe pronomina in quibus iſta non cõputantur. Ea ꝓnomina quæ utraq; parte nominatiuum habent ſecundum formã nominum declinantur. Nam ſic declinamus quiſquis utraque parte, ſic autem priore parte non declinamus aliquis quemadmodum nec iuris peritus. Sic poſteriore parte non declinamus quiſpiam quemadmodum nec tribunus militum.

ODi:noui:cœpi:memini. Quæritur cuius ſint temporis quom conſtat eſſe perfecti. Nam & perfectum in.i.ſemper exit ut legi:ſcripſi:& præſens temporis nunquam in.i.ſed ſemper in.o.exit. Illa enim uerba ſignificationem habẽt præſentis temporis regulas autem præteriti. Sum defectiuum uerbũ in coniugatione. Nã quãdo dicimus es nõ poteſt eſſe ſecunda coniugatio quia &.e. correptam habet & in prima perſona.e.ante.o.non habet. Pudet:& tedet: quaſi defectiua poſuit. In ſuperiore autem parte imperſonalia nõ cõtrariæ ſunt poſita. Nã hoc ipſum uerbũ imperſonale defectiuum eſt. Sublatis enim de primo uerbo duabus ꝑſonis:prima & ſecunda. Tertia utiq; ſupereſt. Quæ ſi non ſibi adiungat pronomen defectiuum dicitur eſſe uerbum. ſi autem adiungat imperſonale. Gaudeo & audeo a plæriſque neutro paſſiua:ab aliis ſupina uerba dicuntur quæ in tempore perfecto & pluſqꝑfecto paſſiuam habent declinationẽ:in reliquis aũt actiuã:ideſt tẽporibus. Sunt alia inæqualia quæ ſuam habent declinationem & contraria ſunt:ut placeo:nam & placui facit & placitus ſum. Sunt itẽ alia inæqualia quæ ideo ſunt inæqualia quoniã primã ſyllabã non reſeruant:ut nolo:uolo. Faciunt enim nolo:non uis:uult:non nolo nolis nolit. Item uolo uolis uolit:non dicimus. Sed uolo uis uult. Sunt aliqua penitus anomala:de quibus nihil poſſumus dicere niſi quod lectione declinetur eas uſurpare perſonas: quæ tantum auctoritate firmantur. & ſunt hæc faxo faxis:inquit:infit inquam:& reliqua. Prima perſona in indicatiuo modo ſemper corripitur:ut lego abſq; monoſyllabis:ut do:flo:ſto: quæ quidem ſi fiant poliſyllaba:ut reddo:reſlo:reſto:corripiuntur. Verba quorum declinatio in noſtra poteſtate eſt:ſunt hæc:tondeo:lano:fabrico:punio:& reliqua. uerumtamen debemus ſecundum naturam actiuum uel paſſiuum præſumere:ut ego lauor balneum lauo:quando ego capillos depono ut dicam tondeor quando alteri capillos detraho: ut tondeo. Prima perſona non debet ita proferri:lego ego. Quoniam lego iam habet in ſe ſignificationem pronominis:niſi tamen ſic tunc poſſumus dicere quando nos magis uolumus oſtendere lecturos q̃ alios ut ſit quaſi ego magis quam cæteri maledico tibi dicimus non te dicimus. Prima

perſona ante ultimam.o.ſeptem litteras non habet.h.o.f.K.q.i.z.cætera uerba habent.e.ut ſedeo.i.ut audio.u.ut annuo.b.ut bibo &ſicut in arte ſcripta ſunt.K.ideo non poteſt præponi.o.litteræ quia nūq̄ ante ponitur niſi a ſequente.q.y.z.ideo nō poſſunt præponi: unum tamen uerbum quod.o.ante.o.habet ut roboo.roboant: ſiluecꝫ & magnus.o.ideo contra regulam uenit quia græcum eſt.cætera in arte conſcripta ſunt.

ADuerbium dictum eſt quia neceſſe habet ſemper uerbū ſeq. Verbo tamē nō neceſſe eſt agere ſemper aduerbio: nā poſſumus dicere ſic legit. Nunc enim & pena eſt elocutio & aduerbium tamen non inuenitur: nā quum dico cras hodie: nō erit integra elocutio niſi addam uerbū ut puta dico uel facio. Aduerbiū plærūcꝫ cōfirmat uerbū plærūcꝫ deſtruit. Confirmat ut iam faciā.deſtruit: ut nō faciam. Aduerbia aut a ſe oriuntur: aut ab aliis partibus orationis ueniunt: ſicut in artibus poſitū eſt.nam ibi ſunt exempla uaria poſita henno autem nihil aliud eſt niſi hoc anno. Vnde deriuatio duplex inuenitur. Nā Cicero dicit hornatinas fruges horatius dicit hornatas fruges. Item meatim nihil eſt aliud niſi meo more. tuati tuo more. Quod dicit de participio aduerbium poſſe deduci: uerum nō eſt: & enim illud exemplum quod protulit ideſt indulgens non tantum participium ē: nam recipit comparationē facit enim indulgentior indulgentiſſimus ergo quando dicimus indulgenter non uidemus a participio tranſtuliſſe in aduerbium ſed a nomine. Omnia aduerbia.e. terminata in poſitiuo ſemper producuntur: ut docte.Exceptis tribus regulis eorum aduerbiorum. Quæ autem non comparantur: ut rite: nemo enim dicit ritius ritiſſime.uel quæ male comparantur: ut bene. Nemo enim dicit bonius boniſſime. Vel quæ a ſe oriuntur ut impune: impunius: hoc ſcilicet in poſitiuo. Cæterum ſuperlatiuus gradus ſemper producitur facile: & difficile non quæritur utrum aduerbia ſint an nomina conſtant autem eſſe nomina tantum quia ſemper correpta ſunt. Si enim aduerbia eſſent: ut ſupra diximus producerentur deinde quia neutri generis formam ſequuntur. Sicuti enim dicimus & facilis facile: ſic difficilis difficile. Deinde ſi aduerbia eſſent inter exirent. Datiuus enim nominis ideſt terminatus aduerbium ĩter ſyllabam mittit ut huic forti fortiter ſic huic facili faciliter: huic difficili difficiliter diceremus. Ergo conſtat eſſe nomina ſic autem poſita ſunt pro aduerbiis quemadmodum fere inuenimus apud poetas pro aduerbiis conſtituta: ut toruum clamat pro eo quod eſt torue: horendum ſonat pro eo quod eſt horende: qua figura oratores omnino uti non debent. Genus enim eſt ſoloeciſmi ſicut ipſe donatus Paulopoſt de ſoloeciſmis ratione monſtrauit. Scire enim debemus quod datiuus ſingularis.o. terminatus aduerbium in.e.mittit ut huic docto docte.i.terminatus inter huic agili: agiliter: quas regulas ſemper corrupit auctoritas. Nam inuenimus plærunque id eſſe aduerbium: qui datiuus eſt caſus ut eſt falſo: hæc autem ambiguitas elocutione diſcernitur quando enim dicimus falſo homini dederit nomen: quando falſo loquerit erit aduerbium: ita plærunque in contrarium cedunt. Nam Terentius ait duriter: quum dure dicere debuerit: & Virgilius Lugubre quum lugubris extenſa dicamus. Ea aduerbia comparanda ſunt quæque ducunt originem a nomine recipienti comparationem ut eſt doctus. Ideo enim dicimus docte doctius doctiſſime: quoniam dicere poſſumus doctus doctior doctiſſimus Ab eo quod eſt Tulius cum ſit aduerbium non recipit comparationem quia nec nomen recipit. Sunt alia aduerbia quæ ſemper per ſe comparantur. Sunt autem quæ non egent cōparatione ut eſt mane. Nemo enim dicit manius: nemo maniſſime. Verumtamen hanc quam per ſe inflexionem non habemus: poſſumus facere adiectionem illarum particularum ut magis & maxime: ut puta ſit poſitiuus mane comparatiuus magis mane. Superlatiu9 maxime mane. Omnis pars orationis cum deſierit eſſe quod eſt nihil aliud eſt niſi aduerbium. Iccirco ſi nomen deſierit eſſe nomen non faciet pronomen: aut

participium ſed ſolum aduerbium. Vt eſt ſedulo nam ſi dicas ſedulo homini dedi nom
eſt ſi dicas ſedulo feci. Aduerbium eſt. Item pronomen aliquādo & aduerbium ē quū
enim dico quid eſt: erit pronomen quum dico quis ſcit erit aduerbium. Item habēte ue
bum plærunq; & aduerbium eſt: quando enim dico pone prima ſyllaba accentum haben
erit uerbum quando ultimæ ſyllabæ: do: accentum erit aduerbium hoc eſt diſcretionib9 ca
ſa. Nam ultimo loco uerbi acutus accētus nunquam ponitur. Item participium al
quando aduerbium eſt quum enim dico me ad uillam profecto contingit: participium e
profecto: quum dico profecto quæritis aduerbium eſt profecto. Item ante præpoſiti
nonnunquam & aduebium eſt. Præpoſitio in hac elocutione erit ante templum caſut
enim habet uictum: ſi autem dicas: ante feci: erit aduerbium. quoniam ſequitur uerbum: &
coniunctio eſt: ſed plærunq; & pro aduerbio ponitur quum dicimus ut te fortiſſime teucr
accipio: Heus ſi dolorem ſignificet interiectio eſt: heus etiam menſas conſumimus inqu
iullus: ſi autem uerbum ſequitur aduerbium eſt: heus inquit iuuenes monſtrate mearum
erit nomen quum nominibus pro aduerbiis utimur ut ante dictum eſt. Illud fideliter ten
re debemus nunq̄ ſeparatim præpoſitionem aduerbiis poſſe cōiungi ueluti de mane de n
ctu. Q uod autem inuenimus indocte & inſrequenter ſunt quidem præpoſitiones: ſe
non ſeparatim ſicut ſunt etiam particulæ quas ipſe ponit. Artigraphus deſurſum deor
ſum deinceps. Ita enim conſtat duas partes orationis ut uno ambæ nitantur. accentu.
Nec duæ præpoſitiones interueniente aduerbio ſociandæ ſunt. Præpoſitio etiam ideo no
poteſt adiungi nomini interueniente aduerbio ut de trans tyberim uenio quemadmodu
illinc uenio.

PArticipium eſt quaſi particapium: habet enim. a. nomine genere & caſus. a u
bo autem tempora ſignificationes. ab utroque uumerum & figuram: & cæte
quæ ſupra dicta ſunt. In poſterioribus illud adduci inchoatiua uerba illud n
habere niſi præſentis temporis participium futuro autem carere. Ideo autem
turo carent quoniam regulam futuri participia: a præterito ducunt participio præteritū a
tem participium. a. tempore perfecto originem ſumit & ideo quum inchoatiua uerba te
pus perfectum non habent: non poſſumus habere quod additur iam tempore pſecto: P
terea dicit participia ab imperſonalibus uerbis niſi uſurpata non uenire: quæ res penes la
tinum non erit: & ſimilia & ſimiliter ab arte diſcedit. Et enim participia a prima poſitione
bi originem trahunt: cum igitur imperſonalia primam perſonam non habent participia
iure ex ſe faciunt: ſed tamen dixi uſurpare nobis licet. Inuenimus enim apud uarios aucto
quod puto id fieri: non quod de imperſonalibus uſurpentur participia: ſed quod ipſa im
ſonalia fiant uerba pleniſſima: Nam hoc quod dicimus pudet & tedet tamen dici inueni
in auctoribus & pudeo: & tedeo: unde fiunt & pudens: & tedens participium non ab i
perſonali uidetur ſed a uerbo integro. Odi uerbum participium habet oſus quod licet i
non ſit tamen componitur & in uſu erit exoſus peroſus. Ab eo quod eſt memini artis n
participium reperitur: ſi ad uſum uerum eſt: ſi ad auctoritatem falſum: Nam inuenimu
Plauto meminens. Tunicatus galleatus dicit participia non eſſe: ſed nomina eo quod. a.
bis non trahuntur: ſed ſi diligenter attendas aduertens ab ſimilibus participia compre
bis. Nam licet non faciat tunico galleo: tamen quoniam tempus habent: ſine dubio
ticipia ſunt: & enim armatus incedit ueſtitus incedit quum dico hoc ſignifico iam arm
iam ueſtitum eſſe. Sicut etiam dicimus tunicatus incedit: galeatus incedit. i. & iam tu
cam habet: iam galeam habet quæ res tēpus oſtendit & ſi tēpus eſt participiū ē: Prāſus
natus & reliqua cōſtant nō eē participia ſi a uerbo non ueniūt. Cōceſſū eſt. n. regularite
a neutralibus uerbis liceat nobis uſurpare præterita participia: ſed quoniam & has arte

A°. 76. ...
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA